







18

19

20

21

22

23.

24

25.



1709.

18. Thomaeius, Christianus: *Vindiciae Hutchinsonis iuxta  
peragia et apanagia*

19<sup>1</sup> <sub>2</sub> Thomaeius, Christianus: *De jure subtractionis 2 Sept.*

1709 <sub>2</sub> 1731.

20<sup>1</sup> <sub>2</sub> Thomaeius, Christianus: *De justiss sententiam in causis  
criminalibus calam ab actis unocente*

21<sup>1</sup> <sub>2</sub> Thomaeius, Christianus: *De iniustitate brocardic  
vulgari: quae sunt in territorio, praeannuntiar  
clam esse de territorio 3 Sept. 1709 <sub>2</sub> 1748*

22<sup>1</sup>, b, c. Thomaeius, Christianus: *De causa protestac  
alienationis fandi. 3 Sept.*

23. Thomaeius, Christianus: *De feudo alienabili*

24<sup>1</sup> <sub>2</sub>, c. Thomaeius, Christianus: *De excommunicatione fandi  
et infamia extra rem publicam 3 Sept 1709 <sub>2</sub> 1734*

25<sup>1</sup> <sub>2</sub> Thomaeius, Christianus: *De fodo competente*

*et subjectione clericorum sib' potestate circ.*

*(25<sup>b</sup> da gleich 25<sup>c</sup> zu den Druckblättern geben f.)*





2757

E

2. D. B. V.  
DISPUTATIO JURIDICA  
D E

37.1732  
1709 16.02  
5.

# VITIIS RERUM VENALIUM,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. PHILIPPO WILHELMO,  
PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRAN-  
DENB. CETERA.

IN ALMA REGIA FRIDERICIANA  
PRÆSIDE

DN. SAMUELE STRYKIO, JC<sup>TO</sup>  
POTENTISSIMI REGIS BORUSSIÆ CONSILIARIO  
INTIMO, PROFESSORE PRIMARIO ET FACULTAT.  
JURIDICÆ ORDINARIO

Dn. Patrono ac Præceptore omnis honoris  
cultu atatem devenerando.

AD D. XXIX. Maji. A. O. R. MDCCIX.

H. L. Q. C.

Placido Eruditorum Examini submittit  
CHRISTIANUS FERDINANDUS Pfeiffer/  
Vratisl. Sil.

---

HALAE,  
Litteris JOHANNIS GRUNERI, Acad. Typogr.

36.

1754.

INCLYTÆ CIVITATIS VRATISLA.  
VIENSIS PATRIBVS CONSCRIPTIS

ILLUSTRI DOMINO  
PRÆSIDI

MAGNIFICIS, MAXIME STRE.  
NUIS & CONSULTISSIMIS

VIRIS

SENATORIBUS

SYNDICIS AC

SECRETARIIS

PATRONIS OMNI DEVOTIONIS AC  
OBSEQUI CULTU PROSEQUENDIS

SALUTEM AC PROSPERITATEM!



36  
Uod prudentissimus  
quondam Civitatis Ro-  
manæ Consul censuit;  
Hominem non sibi tan-  
tum nasci, sed & pa-  
rentibus, imo maximam vitæ partem  
sibi patriam vindicare, hoc & mihi  
dictum esse existimavi. Postquam  
enim studiis applicavi animum, pri-  
vata optimi parentis manu ductione  
hanc viam ingressus sum, ut adjuvan-  
te gratia summi Numinis, non tantum  
parentum votaexplorerem, verum etiam  
ut studia mea non advanam ostentati-  
onem, sed ad usum fori dirigerem, quo  
Clientibus Consilio adesse, & Patriæ  
meæ me Civem non inutilem exhibe-  
re valerem. Quapropter postquam  
Musas in Academia Frideriana mi-  
hi salutare contigit, omnem impendi  
operam, ut jurisprudentiæ studium  
non

1756.

non ex antiquis fabulis addiscerem,  
sed potius admonitum Imperatoris in  
§.3. proœm. Instit. hoc mihi in jure  
redderem familiare , quod non inu-  
tiliter,nec perperam possum, sed quod  
in ipsis rerum obtineret argumentis.  
Hinc cum jam parentis mei iussu Spe-  
cimen aliquod profectum edendum  
esset , hoc thema selegi, quod quotidie  
circa res in foro venales , oblatens in  
illis vitium , in controversiam venire  
solet. Cum vero vobis præcipue, Mæ-  
cenates optimi, studiorum rationes  
reddendæ sint , Illustribus & splendi-  
dissimis vestris nominibus hoc Exer-  
citium consecrandum esse censui, quo  
vestro stipatus favore, eo alacrius in  
cœpto studiorum cursu pergere, me-  
tamque ex voto contingere valerem.  
Suscipite ergo serenafronte hoc quic-  
quid est Exercitii Academici, & me

Cit.

36  
Clientum vestrorum numero, si mere-  
or, adscribite. Ego Deum submis-  
sis sollicitabo precibus, ut vos, Patriæ  
Patiens, diu sospitèt, salvosque servet  
& incolumes, quo vestrī Consiliis  
porro floreat Uratslavia nostra, &  
quotidie majora capiat incrementa.  
Hoc summa votorum est, qui perpe-  
tuo futurus sum.

ILLVSTRES & MAGNIFICI  
VIRI

vester  
obsequentissimus  
Cultor.  
CHRISTIAN. FERDIN. PFEIFFER  
Uratsl. Siles.  
PRÆ-

1738.

## PRÆFATIO.



Rudenti interprete opus habent notissima illa J Cti Pomponii verba in L. 16. §. 4. ff. de Minor. in contractu emtionis & venditionis naturaliter contrahentibus permissum esse se circumvenire; cui calculum adjicit I Cts Paulus in L. 22. §. fin. ff. Locat. Frustra enim sunt illi, & merito cum sua opinione explendi, qui iustitiam circumventionis negotiativæ ex hoc fonte derivare cupiunt. Sane quod instinctu naturæ depravatae faciunt homines, male juri naturæ adscribitur; nec recepta inter ementes & vendentes perversa consuetudo, peccatum ab hac circumscriptione excludere potest: Imo quod per leges externas licet, non mox honestum est, aut justum, licet toleretur & actio civilis eapropter denegetur. Bonæ fidei contractus est emtio & venditio, hinc omnes hic exulare debent fraudes & callidæ machinaciones, ad lucrum captandum cum alterius damno, quamvis aliquid lucri non invidendum sit illis,

qui

qui non sine molestia & sumptibus impenden-  
dis merces aliunde petunt, ut utilitati & necessi-  
tati Civitatis proficiant. Ante omnia autem  
Magistratus officio incumbit, caute circum-  
spicere, ne res vitiosæ & morbidæ in foro  
probonis & sanis venum exponantur, præci-  
pue in rebus ad victum pertinentibus; Unde  
speciatim Ulpianus *in L. i. §. ii. de Offic. Praefect. urb.*  
ad officium præfecturæ curam carnis omnis,  
ut justo pretio præbeatur, pertinere asserit, &  
ideo etiam forum suarum, & ceterorum peco-  
rum ac armentorum ad ejusdem curam perti-  
nere ibidem recte statuit. Cum autem de hac  
materia morbi pecoris ex professo agatur in  
Titulo Pandectarum de Æditio Edictio, eun-  
dem loco Speciminis Academicis publico exa-  
mini submittere libuit. Noviequidem, circa va-  
ria morbidorum pecorum genera locorum  
Statuta variare, hinc Lector Benevolus me ex-  
cusatum habebit, si non ubivis ejus exspecta-  
tioni satisfactum sit. Deum autem O. M. im-  
ploro, ut omnia cedant feliciter.

DIS-

1740.



## F. N. F.

### §. I.



Dilitium edictum quod de Ædiles dupli-  
cis generis. vitiis rerum venalium agit, no-  
men suum habet ab Ædilibus.  
Erant autem Ædiles duplicis  
generis, alii *plebeji*, id est, ex  
plebe constituti, qui ædibus  
præerant, *L. 2. §. 21. ff. de O. J.*  
quo pertinere etiam videtur cu-

ra securitatis viarum publicarum & alia, de quibus  
in *L. un. ff. de via publ.* & *si quid in ea factum esse dic.*  
item cura, ne incendia fierent, *L. 1. ff. de offic. præ-  
fect. vigil.* alii verò *curules*, ex numero patrum, *L. 2. §.  
26. ff. de O. J.* qui edicta de venditionibus rerum propo-  
nebant, tam earum, quæ soli sunt, quam earum, quæ  
mobiles, aut se moventes, *L. 1. pr. ff. de ædil. edict.* Cu-  
rules autem eos appellatos suisse existimat Gellius *noñ.  
attic. l.3. c.18.* quia veterum ætate, qui curulem magistra-  
tum gerebat, curru honoris gratia in curiam veheba-  
tur, in quo curru sella erat, supra quam confidebat, quæ

A et-

etiam sella eam ob causam curulis appellabatur, add.  
Gell. L. 6. c. 9. Strauchius *diff. ad lit. prior. cap. 1. §. 3.*

*Utrum ædili-*  
*tii edicti ad-*  
*huc hodie u-*  
*sus sit?*

§. II. De antiquitatibus ulterius non erimus sollici-  
tati, hoc enim à scopo nostro recederet. Scilicet nostra  
intentio hæc solum est, ut disquiramus, utrum ea, de  
quibus Ædiles apud Romanos edixerunt, adhuc hodie  
in praxi utilitatem aliquam præstent, an minus? hæc  
vero quæstio melius resolvi nequit, quam si ad funda-  
mentum respiciamus, cui Ædiles edita sua superstru-  
xerunt. Si enim hoc ex æquitate naturali defumtum  
est, effectus Edicti perpetuus erit, non propterea, quia  
Ædiles ita edixerunt, sed quoniam edita Ædilium ex  
arte boni & æqui originem traxerunt, bonum enim at-  
que æqvum cancellis Reip. Romanae non includitur,  
sed ubique idem est. Ita vero Ulpianus Lib. 1. ad editi-  
ædil. curul. ex quo excerpta est L. 1. §. 2. ff. de adil. editi-  
causa, inquit, *hujus editi proponendi est*, ut occurratur  
fallaciis vendentium, & emitoribus succurratur, quicun-  
que decepti a venditoribus fuerint: dummodo sciamus, ven-  
ditorem, etiam si ignoravit ea, que ædiles præstari jubent,  
tamen teneri debere, nec est hoc iniquum. Potuit enim ea  
nota habere venditor. Neque enim interest emitoris, cur  
fallatur, ignorantia venditoris, an calliditate. Occurre-  
re autem fallaciis vendentium, nec non in emtionibus  
venditionibus ceterisque contractibus onerosis præsta-  
tiones utriusque partis contrahentium ad æqualitatem  
redigere, sine dubio ad artem boni & æqui referri  
meretur.

Locum illud  
habet in con-  
tractibus one-  
rofis?

§. III. Evidem in edicto Ædilium, cuius verba  
in L. 1. §. 1. ff. b. t. recensentur, solius venditionis mentio  
injicitur; verum enim vero propter identitatem ratio-  
nis Ulpianus d. l. 1. ad editi. ædil. curul. dispositionem e-  
dicti

1742

\*) 3 (\*)

dicti ad reliquos contractus onerosos extendit. Emotorem, inquit, accipere debemus cum, qui pretio emit. Sed si quis permutaverit, dicendum est, utrumque emitoris & venditoris loco haberi & utrumque posse ex hoc cedisse experiri, v. l. 19. §. 5 ff. h.t. Eundem in modum dicit Paulus in L. 2. ff. de rer. permuat. quoniam permutatio vicina est emitioni, sanum quoque, furtis noxisque solutum, & non esse fugitivum servum praestari debere. Quoniam ergo lex duodecim tabularum emtionis verbo omnem alienationem jamdum complexa est, L. 29. §. 1. inf. ff. de stat. liber. hinc in omnibus etiam alienationibus, titulo scilicet oneroso factis, dispositio aedititii edicti applicari poterit, v.g. in divisione rerum communium, nam & haec emtionis vicem obtinet, L. 1. C. commun. iur. judic. item in datione in solutum, transactione, & similibus, v. Trentacinq. tit. de emt. resol. II. Brunnen. ad L. 19. §. pen. ff. h.t. Extenditur edictum quoque ad eum casum, si res publica, id est, civitas aliqua, vendidit, L. 1. §. 4 ff. h.t. nec non ad venditiones pupillares, d. l. 1. §. 5. cod. Solus fiscus exceptus reperitur, ita, ut ad ejus venditiones edictum non pertineat, d. l. 1. §. 3. cod. quod jure singulari, ut multa alia, in fisci favorem constitutum est.

S. IV. Quæritur autem: an aedititium edictum ad contrarium locationis-conduictionis quoque pertineat? Cujacius L. 12. obf. 38. affirmat motus his præcipue rationibus, (1) quoniam in L. 63. ff. h. t. dicitur, mirum videri, cur de locationibus nihil edicatur, unde infert, non approbare Ulpianum thesin, quod edictum non pertineat ad locationes, sed potius eandem improbare Jctum: adduit (2) L. 33. C. de locat. ubi habetur, quod conduictionem intra annum solvere liceat, v.g. si quis primo statim anno

Quid de locationibus?

deprehenderit, ædes conductas insalubres, pestilentes,  
& male sanas esse, at vero redhibitoria etiam intra an-  
num datur, v. Gothofred. in not. ad d. l. 63. ff. h. t. Ve-  
rum, quo minus huic Cujacii sententiae subscribere  
possimus, facit cit. l. 63. ff. h. t. ubi Ulpianus de ipsa affir-  
matione: edictum non pertinere ad locationes, nullo mo-  
do dubitat, sed eam tanquam certam atque indubitatem  
supponit. Mirum hoc ipsi solum videbatur, quod rati-  
onem assertionis non statim perciperet, interim tamen  
mox rationes adduci solitas subjungit, *vel quia nunquam  
istorum (Ædilium) hac de re fuerat jurisdictio, vel quia  
non similiter, ut venditiones, locationes fiant.* Quod  
ad L. 33. C. de locat. attinet, hanc ex Basilicis restituit Cu-  
jacius teste Gothofredo *ad eand. leg.* Autoritatem ergo  
in foro non habet, prout vulgo notum est, nec com-  
prehendimus, quo fundamento Strauchius Diff. adlit.  
prior. cap. 5. §. 3. afferere potuerit: *parem esse conditionem  
legum Justiniani & Basilicorum,* diversissima enim est  
horum conditio apud nos, quia leges Justiniani quidem  
recepimus, neutram vero Basilica. Quid ergo?  
anon ob rem vitiosam locatam conductori nullum  
datur remedium? datur sane actio conducti, quia idem  
consequitur, quod actione ædilitia obtinere potuisset,  
v. Dn. Præses *intrat. de act. invest. scđ. i. membr. 6. §. 43.*  
Quæ de locationibus in genere haec tenus diximus, ea  
*ad locationem ad longum tempus initam* in specie etiam  
pertinent. Quamvis enim nonnulli statuant, quod in  
eiusmodi locatione dominium aliquod transferatur;  
hoc tamen expresse pugnat cum L. 39. ff. locat. locatio  
enim non est titulus habilis ad transferendum domini-  
um, v. Strauch. cit. c. 5. §. 4.

§. V. Ex

1744.

§. V.

Ex iis, quæ in §. II. & III. supposuimus, *Ædilium* diles ad æqualitatem intuitu præstationum utriusque partis contrahentium respexisse, jam simul profluit, dictum in negotiis lucrativis, ubi altera pars æquale quid non præstat, locum non invenire. De *donatione* elegans est textus in L. 62. ff. h.t. *Ad res donatas*, inquit Modestinus, *edictum Ædilium curulium non pertinere dicendum est: etenim quid se restituturum donator reprimittit, quando nullum pretium interveniat?* Pergit ad casum specialiorem JCtus, *quid ergo, si res ab eo, cui donata est, melior facta sit? nunquid, quanti ejus, qui meliorum fecit, interest, donator conveniatur?* id est, annon donator impensas & meliorationes à donatario hocce casu in rem donatam factas restituere obstrictus sit? respondet vero & hic negative, *quod minime dicendum est, addita ratione, ne eo casu liberalitatis sue donator poenam patiatur, itaque, concludit, si qua res donetur, necesse non erit, eare promittere, quæ in rebus venalibus ædiles repromittuntur.* Unica saltem exceptio de eo casu, ubi donator in dolo est, subjungitur, *sane de dolo donator obligare se debet & solet, ne quod benigne contulerit, fraudis consilio revocet, quæ tamen verba cum immediate præcedentibus de impensis in rem donatam factis, prout contextus ostendit, conjungi debent, ita, ut sensus sit, donatorem eo casu ad restitutionem expensarum teneri, si rem, in quam impensæ factæ sunt, sciens vitiosam esse, donavit. Alium casum addit Dn. Præses in not. ad Lauterbach. h.t. verb. *donationem*, si quis v. g. equum pituitosum mihi dolose donavit, cuius vitio etiam mei equi infecti, ubi de dolo contra donantem agitur, quia donatario non merum lucrum interceptum, sed damnum positivum vereillatum.*

A 3

§. VI. VI.



Respicit regu-  
laritet virtutis  
corporis fo-  
lium,

Interdum  
quoque virtutis  
animi.

§. VI. Vitia, de quibus Aediles edicunt, *corporis*  
regulariter esse debent, non animi, expresse enim dici-  
tur in L. 1. §. 10. ff. h. t. Aediles de corporalibus vitiis so-  
lum loqui, non de vitiis animi, quod in d. L. 1. §. 10. & 11.  
& in L. 2. seq. diversis exemplis illustratur. Observan-  
da tamen hic sunt nonnulla exceptiones. Scilicet per-  
tinet dicta assertio solum ad *mancipia vendita*, quorum  
venditiones admodum frequentes erant, ut hinc pluri-  
que casus sub toto hoc pandectarum titulo a mancipi-  
is desumti reperiantur, atque interpres existimant,  
aediles de vitiis animi propterea nihil edixisse, quoni-  
am haec per disciplinam domesticam in servis facile  
corrigi possunt, & sic emtor ex illis tale damnum non  
sensit, uti quidem ex vitiis corporis, B. Brunnemann.  
ad L. 1. §. 9. ff. h. t. n. 8. aliud itaque obtinet, si *bestia* ven-  
dita aliquo animi vito laborat, quod per disciplinam e-  
mendarinequit, v.g. si bos cornu petit, si mula cessum  
dat, retrocedit, vel calce percutit, aut si jumenta sine  
causa turbantur & semetipsa eripiunt, L. 43. pr. ff. h. t.  
deinde, quod mancipia ipsa attinet, propter vitia animi  
agi etiam potest (1) *Si vitium animi ex vito corporis*  
*provenit*, vel, prout in L. 4. §. 1. ff. h. t. dicitur, si vitium  
corporis usque ad animum penetrat, forte si propter fe-  
breum loquantur aliena, vel qui per vicos more insanorum  
deridenda loquantur: (2) si vitia animi ita sint  
comparata, *ut per ea ipsum servi corpus domino subtrahatur*, quo pertinet, si servus erro est, vel fugitivus, de  
hoc enim casu edicunt Aediles, v. L. 1. §. 1. ff. h. t. ubi  
adhuc aliud exemplum additur, si servus, qui antea  
deliquit, noxa nondum sit solutus. (3) *Si venditor*  
*vitium animi abesse dixerit*, cum tamen illud non abe-  
sse post venditionem celebratam appareat, L. 4. §. 4.  
ff. h. t.

1746.

7

ff. h. t. Zœsius ad ff. h. t. num. 3. & 4. Strauch. Diff. ædil.  
prior. c. 4. §. 10. Imo, quamvis intuitu vitiorum animi  
in mancipiis ex ædilitio edicto agi nequeat; ex emto ta-  
men conceditur actio, L. 4. pr. ff. h. t. Caballinus de æd.  
ædilit. c. 2. n. 28. Balthasar. resol. Bavar. resol. 4. n. 7. tit. 6.  
Wissenbach. disp. 41. ad ff. th. 9. Brunnem. ad l. 1. ff. h. t.  
n. 8. & 9.

§. VII. Edicunt porro ædiles de *vitiis latentibus* vitium latens  
solum. Si talis morbus sit, inquit Ulpianus in L. 14. §.  
ult. ff. h. t. qui omnibus potuit apparere, utputa cæcus ho-  
mo venibat, aut qui cicatricem evidentem & periculosam  
habebat, vel in capite, vel in alia parte corporis, ejus no-  
mine non teneri Cæcilius ait, perinde, ac si morbus nomi-  
natum exceptus fuisset: ad eos enim morbos viiiaque perti-  
nere editum ædilium probandum est, quæ quis ignoravit,  
vel ignorare potuit. Scilicet, emtor sibi imputet, quod  
non viderit vitium exterius, cum tamen videre debue-  
rit, ac nihilominus pecus vitiosum emerit, v. Carpzov.  
p. 2. const. 34. def. 16. n. 4. & 5. quo faciunt etiam verba  
glossæ ad Weichbild art. 97. quæ ita sonant: Diff ist auch  
zu vernehmen also umb allerley Kauffmann-Schätz/ da  
Wandel an ist/ da muß der Verkäufer den Käufer umb ge-  
wehren nach Kauffmanns-Recht/ und diff ist zu vernehmen  
umb verborgen Wandel/ der unschaulich wer/ oder unsich-  
tig/ und man solchen Wandel daran fund/ r. Dissensus De porco lani-  
hac occasione ortus est inter DD. de casu, si porcus em-  
is laborante,  
tus grandinibus (Finnen) laboret, utrum scilicet illud vi-  
tium ad latentia, an vero ad patentia referri debeat? Ad  
patentia refert Carpz. d. p. 2. c. 34. D. 16. n. 7. dicens, ven-  
ditorem pretium restituere non teneri, sed emtorem si-  
bi imputare debere, quod oculari inspectione uti nolu-  
erit, & hoc modo Scabinos Lipsienses etiam pronunci-  
asse



affedit n. 8. Cum Carpzovio consentit Colerus p. 2.  
decis. 228. n. 8. & Mevius ad ius Lubec. l. 3. tit. 6. art. 15. num.  
7. Nos distinguendum esse putamus, cum Brunne-  
manno ad L. 14. §. ult f. h. t. n. 9. utrum scilicet lanio ista-  
rum rerum peritus porcum emerit, an vero alias quis-  
piam. Priori casu admitti poterit adlata assertio, non  
vero posteriori. Quis enim mihi persuaserit, in emtio-  
ne pecorum semper lanionem esse adhibendum, qui os  
aperiat? & nimis restringeretur actio aedilitia, si indi-  
stincte hoc intelligatur, pauca enim via erunt rerum a-  
nimatarum, quae non a perito rerum artifice depre-  
hendi possint. Et haec jam olim etiam fuit sententia  
Dn. Praefidis in tract. de jur. sens. diff. 1. c. 3. n. 44. &  
45. Alias quoad materiam de vitio patente conf.  
Mev. p. 4. Dec. 49.

Aliquando venditor et iam propter vitium patens tenetur, §. IIX. Sed quid si emtor nihilominus ejusmodi e-  
tiam vitium, quod aliis facile patet, per crassam & su-  
pinam negligentiam non deprehenderit, venditor vero illud sciverit, queritur, annon hoc casu emtori suc-  
currendum sit? Dissentiunt DD. Glossa cum Baldo ne-  
gativam adhuc amplectitur, v. Disp. Basil. vol. nov. disp.  
24. th. 50. (cujus disputationis autor Johannes Heinricus  
Steitzius) & hanc quoque propugnat cum aliis, e. g.  
Struvio in S. I. C. Ex. 27. th. 5. Bachovius ad Treutl. vol. 2.  
Disp. 2. th 2. lit. B. Nobis tamen placet, tanquam æ-  
quior, opinio affirmantium, quam tuentur Steitz loc.  
cit. Caspar Caballinus de aedil. edit. c. 2. n. 23. Sur-  
dus dec. 146. num. 24. Menoch. cons. 134. n. 14. Schrader  
ad pr. f. de emt. n. 129. aliquae apud Brunemannum ad  
l. 1. ff. h. t. n. 3. & ad l. 14. cod. n. 8. qui ipse & huic senten-  
tiae accedit. Rese oredit. Negligentia in emtore, qua-  
lisunque ea demum sit, etiam lata & supina, negligen-  
tia

1748.

\*) 9 (\*)

tia tamen solum est: contra in venditore, qui vitium rei novit, illud tamen emtori supine etiam erranti non indicat, dolus deprehenditur, qui absque dubio, si cum emtoris negligentia comparatur, huic præponderat. Dicis: atqui tamen lata culpa & dolus in civilibus sibi alias comparantur; respondeo, hanc regulam juris eo casu solum procedere, si quis alienis rebus damnum dolo, vel lata culpa intulit, ad quod damnum resarcendum ab altero convenitur. Hic vero emtor negligens rebus alienis damnum non dedit, sed ipse patetur damnum, quod propter dolum alterius ipsum pati injustum est. Textus quos adducit Bachovius *loc. cit. in specie l. 15. §. 1 ff. de contrah. emt. & l. 55. ff. h.t.* (quos etiam repetit Struvius *loc. cit.*) ipsi parum, vel nihil proficiunt. Nam habetur quidem in illis, quod quis non habeat favorem & supina & dissoluta ignorantia; ast vero ibi non est sermo de eo casu, *si dolus vendoris concurrevit*, de quo tamen formatus est status controversiae. Plane, si vendor adhuc aliquid fecit, quo occultaret via alias in oculos incurrentia; nullum dubium est, quin actio adversus ipsum competat, Brunnem. *ad l. 1. ff. h.t. num. 4.* Dolus enim tunc nimis evidens est.

§. IX. Videamus, quid jus Lubecense de differentia inter vitium patens & latens disponat. Convenire Dispositio ju-  
ris Lubecen-  
sis de vitio la-  
rente & paten- tate.

illud maximam partem videtur cum dispositione  
juris civilis, ita enim habetur *l. 3. tit. 6. art. 15. kaufft ie- te.*  
*mond/ es sey/ was es sey/ was es vor Guth wolle/ wann er  
dasselbe zuvorn zur Gnüge besehen/ do es kan besehen wer-  
den/ solches muß er bezahlen: KÖnnen aber die Gebrechen  
mit menschlichen Sinnen nicht begriffen/ und gleichwohl her-  
nachmals die Waaren untüchtig befunden werden/ soll man  
die Bezahlung davor zu thun nichts schuldig seyn/ unange-  
hen/*

B

hen/

hen/ daß der Käuffer das Guth in sein Gewehr gebracht.  
Wäre aber der Verkäufer im dolo, so wird er darum billig-  
chen gestrafft. Hic verba ultima: Wäre aber der Verkäufer  
in dolo, non minus ad priorem casum de vitio pa-  
tente, quam ad posteriorem applicari possunt, licet Me-

Juris Hambur- vius in Comin. ad d. l. n. 5. dissentire videatur. Paulo a-  
gensis.

liter statuta Hamburgensia part. 2. tit. 8. §. 17. Wann ein  
Mann/ Korn/ Holz/ Ochsen/ Schweine/ Schaafe/ Pferde/  
und dergleichen fahrende Haab auf dem freyen Marchte/o-  
der auch in den Schiffen/ beschein und gekauft hat/ auch  
darauff an seine Behausung und Gewehr bracht/ das muß  
er ohne alle exception gelten und bezahlen/ es wären dann  
ihre Vorworte anders/ quæ tamen dispositio ad res mo-  
biles solummodo pertinet, easque, quæ in publico fo-  
ro, vel navibus, emtæ, in reliquis ergo casibus jure  
communi standam erit. Reformatio Norimbergen-  
sis ita disponit part. 2. tit. 16. rubr. Bon kauffen und verkauf-  
fen. leg. 3. So Güther oder Waaren/ die der Schau/ Prob/  
oder Bewehrung bedürffen/ alle Specerey und anders/ohn  
besondere Geding verkaufft werden/ so ist der Käuffer die an-  
zunehmen nicht schuldig/ die seyen dann zuvor auf der or-  
dentlichen Schau und Prob gerecht/ als Kauffmanns-Guth  
gefunden worden. Und so vor solcher Schad/ Prob und  
Bewehrung das verkaufft Guth geärgert/ oder beschädigte  
würde/ denselben Schaden trägt der Verkäufer/ und nicht  
der Käuffer. Et leg. 4. Wann einer dem andern ein Pferd  
verkaufft/ so ist er gegen den Käuffer/ nach Herkommen die-  
ser Stadt/ für die folgenden Wandel zu stehen verpflicht/  
nemlich für ruhig/ rendig und harschlechtig/ vierzehn Tage  
lang nach bescheinem Kauff und Zustellung des Pferdes.  
Wäre aber das verkaufte Pferd geraubt/ oder gestohlen/  
und der Kauffer dasselb wiedergeben müß/ so ist der Ver-  
kauf

Reformatio-  
nis Norimber-  
gensis

1760.

( ) ii ( )

Kauffer den Kauffer schadlos zu halten schuldig. Würden dann Schwein / oder andere vergleichen Thiere/ die der Schau bedürffen / verkaufft / die sollen durch die Schau dem Käuffer gefertiget werden / und die Verschafft vierzehn Tage lang wie oblaut/ bestehen.

§. X. Quid vero, si venditor protestatus fuerit, se De casu siven-  
nolle teneri de aliquo morbo, vel vitio, sed rem vende- ditor protesta-  
re cum omni vitio, Haar umb Haar / wie ein und das <sup>tus sit, se de</sup> aliquo <sup>vicio</sup>  
ander gehet und stehet/ sonder Nachspruch/oder Wandel? teneri nolle.

In Dispp. Basil. vol. nov. disp. 24. th. 33. ita distinguitur.  
Si protestationem generaliter interposuit, nolo teneri  
de aliquo morbo, venditor nihilominus actione ædilitia  
conveniri potest, quia ejusmodi verba generalia,  
captiosa sunt: si vero specialiter, vel nominatum exce-  
pit certum morbum, aliudve vitium, nolo teneri de hoc  
vel illo vitio, liberatus est venditor & standum est eo,  
quod convenit, remittentibus enim actiones suas (em-  
toribus) non est regressus dandus, v. l. 39. ff. de act.  
emt. l. 14. §. 9. & 10. ff. ædil. edit. Ita quidem reæte;  
verum eadem leges modo citatae ulterius distinguen-  
guendi occasionem nobis suppeditant. Aut scilicet  
venditor ille, qui specialiter & nominatum certum mor-  
bum exceptit deque eo non præstanto protestatus est,  
novit vitium adesse & sic mala fide constitutus deprehen-  
ditur, aut vero in bona fide est & vitium adesse non no-  
vit. Priori casu protestatio ipsum plane non juvat, sed  
danda contra eum de dolo malo replicatio, d. l. 14. §.  
9. ff. de ædil. ed. jura enim decipientibus non succur-  
runt, l. 37. §. 1. ff. de minor. neque malitia versutis ho-  
minibus lucrosa esse debet, l. 1. pr. ff. de dol. mal. nec  
obstat, si quis dicere velit, emtorem ubi venditor de  
non præstanto vitio protestabatur, diligentius in na-

B 2

tu-



36.  
turam & qualitates rei venditæ inquirere debuisse, &  
quia hoc non fecit, habere emtorem, quod siæ neglig-  
entia imputet; recurrit enim eadem responso quam  
supra §. IIX. in simili casu dedimus, in emtore negligen-  
tiā solum esse, qualisunque illa demum sit, in ven-  
ditore autem dolum deprehendi, hunc vero culpæ  
præponderare, v. Caballinus *de ædilit.* act. c. 2. n. 24.  
Surdus *dec.* 146. num. 9. Trentacinq. var. *resol.* lib. 3. tit.  
*de emt.* *resol.* 11 num. 6. Riminald. *vol.* 3. *cons.* 342. n. 126.  
Brunnem *ad l.* 14. ff. *de ædilit. edit.* n. 1. *Posteriori* ca-  
su si vendor protestans in bona fide est, protestatio i-  
psi omnino prodest, & de vitio rei non tenetur, Frantz-  
kius *ad ff. de ædilit. edit.* num. 63. in dubio etiam præsu-  
mitur, venditorem in bona fide fuisse eumque vitia rei  
venditæ ignorasse, Mafcard. *de probat. concl.* 616. num.  
3. Caballin *d. c. 2. n. 24.* Brunnem *loc. cit.* num. 6.

Propter vitio-  
rum diversi-  
tatem inter-  
dum actio  
redhibitoria,  
interdum  
quanti mino-  
ris datur,

§. XI. Ceterum quia vitia rerum diversa sunt, eo-  
rum quoque intuitu diversæ actiones competunt, inter-  
dum *redhibitoria*, interdum *quanti minoris* five, ut alii  
legere malunt *quanto minoris*. De discriminé harum dua-  
rum actionum deinde plenius dicemus; hic saltem ra-  
tione fundamenti diversitatis scilicet vitiorum, notamus  
*redhibitoriam* actionem non institui posse, nisi tale vitio-  
rum adfit, *quod usum ministeriumque hominis plane impedit*  
*l. 1. §. 8. ff. de ædilit. edit.* & v. g. *mancipium*. adeo nullius sit  
pretii ut ne expediat quidem, tale *mancipium* habere  
*l. 43. §. 6. ff. cod.* & per consequens emtor si de vitio ei con-  
flictisset, rem nunquam emturus fuisset, v. Strauch *diff. æ-*  
*dilit. poster. c. 2. §. 2.* ē contrario actio *quanti minoris* pro-  
pter tale vitium datur, quod omnem usum non impe-  
dit, & sic emtor quidem emisset eam, verum non eo-  
dem, sed minori pretio, idem *loc. cit.* Sichard. *ad rubr.*  
*C. de ædilit. act. n. 9.*

§. XII.

1752.

( ) 13 ( )

§. XII. Res exemplis fiet clarior. Ita *mancipia redhiberi* possunt jure Romano, si v. g. *morbo perpetuo*, vel etiam *temporario* tali tamen laborant, ex quo minus apti usui sint, l. 5. l. 6. pr. ff. de ædit. edit. si servus, *castratus*, l. 7. eod. *lingua ei abscissa*, l. 8. eod. si *æroplus*, id est, sine ulla significatione vocis loquitur, l. 9. eod. si *myops* est, l. 10. §. 3. eod. sive talis, qui ea cernit, quæ prope sunt, quæ procul, non videt, Gothofred. ad d. l. 10. §. 3. ubi adhuc aliæ explicationes: si *lusciosus*, id est, qui neque matutino tempore videt, neque vespertino, aut juxta alios, qui non videt lumine adhibito, , d. l. 10. §. 4. eod. ibique *Gothofred*. si *clavum habet*, id est, tuberculum in cute extans rotundum, callosum, præduræ radici adfixum, quod in pedibus maxime nascitur & in gradiendo dolorem, l. 12. pr. cod. si *servo os oleat* ex corporis vitio, veluti quod jecur, quod pulmo, aut aliud quid similiter dolet, l. 12. §. 4. eod. si *clodus fit*, vel *claudus*, l. 13. eod. si *urinam in lecto facit* propter vitiosam, vesicam, l. 14. §. 4. eod. si *urinam in lecto facit* propter vitiosam vesicam, l. 14. §. 4. eod. si quis *digitis conjunctis natus*, si scilicet propter hoc incommodatur ad usum manus, l. 14. §. 6. eod. si *tonfillas* habet in veteratas, id est, faucium tumores, qui discutijam non possunt, d. l. 14. §. 8. si *fugitus* sit, vel *erro*, v. supra §. 6. (2) si *veterator pro novitio veneat*, solent enim, inquit Ulpianus in l. 37. ff. cod. plerique *mancipia*, quæ *novitia* non sunt, quasi *novitia* distrahere, ad hoc scilicet, ut pluris vendant. Præsumtum est enim ea *mancipia*, quæ *rudia* sunt, simpliciora esse & ad ministeria aptiora & dociliora, & ad omnne ministerium habilia, trita vero *mancipia* & veterana difficile est reformare & ad suos mores formare: quia igitur *venalitarii* sciunt, facile decurri ad *novitio-*

Exempla vi-  
tiorum, pro-  
pter quæ red-  
hibitoriae lo-  
cus in manci-  
piis.

rum

B 3

rum emtionem: idcirco interpolant veteratores & pr  
novitiis vendunt. Exempla de mulieribus extant in  
*l. 14. pr. & §. 3. & int. 15. ff. eod.* nos vero plura congerere  
supercedemus, quia mancipiorum venditiones apud  
nos admodum raræ sunt.

## Ia equis

**S. XIII.** Transeamus itaque ad magis utilia. Quod  
vitia equorum attinet, maxime laudanda est diligentia  
Joh. Wilh. Röverstrunck, qui in *meditationibus ædilitiis*  
*de judicio equestris, tum redhibitorio, tum æstimatorio*, vi-  
tia illa operose collegit, ex quo nonnulla hue transfere-  
mus, & primo quidem, quæ redhibitioni locum faciunt.  
Pertinet huc, si *eqvus vitio intestinorum vorare, non pos-*  
*fit.* Eqvus enim male pabulatus, male vadit, inquit *Ac-*  
*cursius* in *l. animalia. C. de curs. publ.* adeoque inutilis  
redditur. Quod si tamen oris, linguae, dentitionis, vel  
dentium tumore, aut vitiis, qui nostris *Frosch/ Bletter/*  
*schehl/ zähnen/ schiever/ oder Wolfszähne/ &c.* impedi-  
tus pabulum recipere non possit, deneganda redhibi-  
tio, utpote quorum cura facillima cuivis non ignota.  
Porro tali vitio laborat *eqvus restitor*, qui in labore, vel  
itinere pedem ita sifit, ut nulla verborum vehemen-  
tia propelli queat, stetig/ stendig/ oder wahrzeugisch. *Phre-*  
*ncticus*, malisve spiritibus captus, tollerent und unsinnig  
*Fugax*, qui facile turbatus se ipsum eripit repfisch: *ca-*  
*duco morbo laborans: mucosus, seu, pituitosus, rosig/ oder*  
*hauptfüchtig: superiosus Bauchbläsig/ oder dämsig:*  
*lunaticus* cuius visus cum revolutione lunæ crescit &  
decrescit, *Mohnäugig cæcus: cœcutiens: cuius oculus*  
*membrana obductus ac textus, starblind/ item, so ein Pferd*  
*kranke Augen/ als den Haug oder einen Flecken auf den*  
*Auge hat: qui in spatulapatitur nobis spat h: qui collos*  
*habet, Gallen/ alias Glosß: equus habens die Fisteln item*  
*mit*

1754.

) 15 (

mit dem Wurm behaßt. qui *lotium continuuit*, der das Stallen übertragen, ut propterea aut stranguriæ morbo crucietur, aut jugulis humore repletis perpetuo in utilis fiat: si hausto multo aere, aqua aut pabulo, ante venditionem morbum conceperit, quiue ita invaluerit, ac omnia membra occupaverit, ut pristinæ sanitati equus restituï nequeat, Versang oder die Niede vulgo: pedes exanimis habens, Kermischwinden: Steingallen: articularius, lahm / oder contract: hienosus, gebrochen: das eisnen Nabellbruch hat: lienosus, Milchfützig/ lien enim, si recens natu non ejecerint, illis laborantibus dolores crebros parit, & lienosos, vix quinquennium excedere experientia docuit: surdus: calcitrosus: retrogradus, der hinder sich lauft: qui alterum jugum non patitur, speitiig/ oder wreith: verhißt / oder dem das Neh im Leibe zerrissen: Lahmbögig/ oder der sich verböget: equus furtibus, aut vi raptus, Rövestrunck. d. tract. l. i. c. 4. à num. 23. usque ad fin. Beham im Rosstauscher-Recht. tit. 3. cas. 50.

§. XIV. Redhibitio etiam in aliis animalibus & in aliis animalibus.  
pecoribus usum habet. Ædiles quidem ab initio de jumentis solum edixerunt; elogium tamen editio subiectum est, cuius verba hæc sunt: *qua de jumentorum sanitate diximus, de cetero quoque pecore omni venditores faciunto, l.38. §. 4. & 5. ff. de edit. edit. ita mula sana non est, si eo ingenio nata, aut corpore, ut alterum jugum non patiatur, d. l.38. §. 9. redhibetur bos cornupeta, cui olim frenum in cornibus pro signo appendebatur, quo sibi caverent, qui forte occurrisserent, quo pertinet illud: fœnum in cornu habet, longe fuge, Strauch. Diff. adilit. prior. cap. 6. §. 3. conf. supra §. VI. Redhibentur etiam oves scabiosa, aut jecoris morbos, rendige / oder faule Schafe/ Rövestrunck. medit. edit. l. i. c. 1. n. 10. Dn. Joh. Sam. Stryk. Diff. de Jure Cratiam, c. l. n. 71. quo etiam in*

in nonnullis locis, præcipue in Pomerania, pertinent.  
 Die Schmier-Schafe Id. loc. cit. n. 67 seq. quapropter si in o-  
 vibus venditis postea vitium aliquod internum depre-  
 hendatur, omnino ad redhibendum agi potest, cuius  
 rei præjudicium affert Dn. Struv. *Dissert. de Jur. Ovi-  
 um. Sed. 2. th. 2. § seq.* ubi Jcti Giessenses pronuncia-  
 runt:

Dass Befl. (wegen befundener Fäulung) die noch lebende  
 und übrige Schafe nebst dero abgestorbenen Felle wiederum an-  
 zunehmen und Kl. die ihm ausgezahlte so. Rthl. samt dem In-  
 teresse, wie auch alle durch die verfaulste Schafe verursachte Ko-  
 sten und Schäden zuerstatten schuldig sey.

Hanc sententiam reformatrunt quidam Jcti Mar-  
 purgenses, & actori probationem injunxerunt, dass er  
 dem Befl. das Schaf-Vieh vor Halt oder Werth Viehe ver-  
 kauffet habe: Sed cum vendor ex natura contractus rem  
 sanam & vitio internon laborantem præstare tenea-  
 tur, hinc Jcti Jenenses teste Struvio c.l. th. 4. Giessensi-  
 um sententiam confirmarunt, his verbis:

Wenn gleich die 200. Hammel und Schaf-Vieh bey der  
 Handlung vor Halt und Wehr-Viehe, dass da rein sey und nicht  
 faul / sondern sich halte und wehre / dass man sich des Hinfallens  
 nicht zubefahren / keine Wehnung geschehen: Dennoch dieweil  
 bewiesen / dass ehe vier Wochen nach geschlossenen Kauffe ver-  
 flossen / allbereit eure Stücke angefanzen an der Fäule hinzufal-  
 len / welchen Mangel der Kaufher bey dem contractiren nicht spür-  
 ren können / und der abgehöre Schäfer eydlich berichter / dass die  
 abgestorbenen Stücke die Fäulung bey sich getragen / ehe H. K.  
 die selbigen gekaufft / so bleibt es dahero bey dem von Giessen ein-  
 geholten Urtheil billich. V. R. W.

Ceterum ex depositione opilionum in eadem cau-  
 sa ostensum est, dass die Schafe zum wenigsten 14. oder 15.  
 Wochen die Fäulung bey sich tragen müsten / ehe sie davon  
 stürben. Struv. d. l. th. 1. Ita boves ad mactandum emti-  
 in-

1756.

¶ ) 17 ( ¶

interdum vitio laborant, quod vulgo vocant die Frau-  
hosen / sunt pustulæ cœruleæ in carne extrinsecus con-  
sistentes) quorum carnes comedи non possunt, & sic red-  
hibitioni locus. v. Richter. *decis. 95. n. 6. & 16.* De porcis  
grandinibus affectis supra diximus §. VII. subjungimus ge-  
nerale effatum Ulpiani in l. 38. §. 3. de ædil. edict. Et se-  
re, inquit, eadem sunt in his, que in mancipiis, quod ad  
morbum vitiumque attinet. Quicquid igitur hic dixi-  
mus, huc erit transferendum, Si mortuum fuerit ju-  
mentum, pari modo redhiberi poterit, quemadmodum  
municipium potest.

§. XV. Porro & res inanimatæ, tam mobili- In rebus ina-  
les, quam immobiles, sua vitia habent, ob quæ redhi- nimatis, mo-  
beri possunt, ut cerevisia acerosa, panis mucidus, pisces  
fœtidi, annona corrupta, Brandweizen / oder Korn dar-  
innen der Münch ist: gebrandter oder befrohrner Haber: vi-  
num cariosum, Weine / die schalig seyn: carnes leprosa,  
vel morbosæ, libri corrupti ac inutiles, welche defecten  
Haben / oder verboten: ferrum fragile, ac inutile, roh  
oder kaltbrüchig Eisen: merces non mercales, verlegene  
Waaren/ die kein Kauffmanns-Gut seyn: aut, si quid in-  
utile additum sit mercature, ut calx, vel pulvis, & are-  
na blado: si mercatores in loco humido teneant  
gingiber, piper, crocum; cera mixta cum farina fa-  
barum: candela factæ cum mixtura adipis, velde non  
bono sevo, seu bona cera, vel non bono litigmo, de bo-  
na bombice: pannus fracidus, vel a bannis rosus, Verle-  
gen / oder von Motten verderbtes Tuch / pro bono ven-  
ditus: & merces adulterinæ, quarum commercio con-  
stitutionibus imperii interdictum, cuius generis sunt:  
an den Rahmen / oder sonst zu viel gestreckte Wollen-Tü-  
cher; Zucker/ Pfeffer / Saffran und andere Gewürz/ oder

C

Spes



Specereyen / denen andere materialien eingemischt : geschwörte Seide : alle verlegene und untüchtige Apotheker materialien und Species der Arzney : Silberwerk / welches die Probe nicht hat : Wein / der mit Alck / oder dergleichen schädlichen Gemächt / Zusatz oder Einschlag / oder sonst zu stark / oder mehr / als in ein fuderich Faß mit einem Loth lauter Schwefels bereitet / oder bedämpft / oder mit Wasser gefälschet : item Most / so mit Bedämpfen gemacht / und nicht mit steter ordentlicher Fülle gehalten / damit sie vollkommlich und gänzlich bis zum ablassen ihre Vergährung haben mögen : item Wurzwein / Beerwein / Remptwein und Spanwein / Malvaster / Rheinfall / Welschwein / gefeuerete und gesottene Weine / welchen schädliche / oder böse Gemächt / oder Zusatz gethan / oder welche unter andern gezogen / und damit gemehret / de quibus aliisque vid. Röwenstrunck medit. edil. l. i. c. i. n. 10. §. 11.

In immobili-  
bu .

§. XVI. Ita fundi quoque ac prædia, omnesque res immobiles ob vitia ipsiis inhærentia, & propter quæres eintas habere non expedit, redhiberi possunt. Et iam in fundo vendito, inquit Ulpianus in l. 49. ff. de edil. edict. redhibitionem procedere, nequaquam incertum est, velut si pestilens fundus distractus sit, nam redhibendum erit, & benignum est dicere, vectigalis ex actionem futurum temporis post redhibitionem adversus emtorem cessare. Similem in modum Imp. Diocletianus & Maximianus in l. 4. C. de adilit. act. constituant, idem observari, & si pestilens fundus, id est pestilens (Cuijaci legit: pestilens), herbas, vellethisferas habens ignorante emtore distractus sit, nam & in hoc casu per eandem actionem (redhibitoriam) eum quoq; redhibendum esse, v. Gothofred. ad l. 4. Dn. Præses in tract. de act. forens. invest. secl. 1. membr. 6. §. 13. ita o-  
dere soli, juxta vulgatam & Haloandrinam, aut ad ore  
fam.

175b.

• (19) •

solo, juxta Florentinam, quam sequitur Gothofredus,  
locus pestilentiosus fieri potest, l. 2. §. 29. ff. ne quid  
in loc. publ. vel itin. fiat. intereat enim nostra, qua-  
leum spiremus aërem, quales hauriamus odores, istis  
enim vitales nostri spiritus aluntur, unde Democritus  
jamjam expiraturus olfactu calentis panis vitam suam  
protraxisse dicitur, Gothofred. ad d. l. 2. §. 29. ff. ne quid  
in loc. publ. Redhiberi ergo ædes possunt, si aërem, vel  
fætorem perniciosum habeant, Parlador. rer. quotid. l.  
1. c. 3. §. 5. n. 4. Oldendorp. pro gymna. class. 4. act. 4. Röve-  
strunck. medit. edil. d. l. 1. c. 1. n. 12. Refer huc, si ager ver-  
num corruptioni sit obnoxius, Land das der Wurm/ oder  
Enger frisst / Id. d. loc. item fundus, qui servitutibus one-  
ratus est, ita ut emtori per eas speratus usus intercipia-  
tur. v. Caballin. de ædil. act. c. 1. n. 5. B. Brunnem. ad l. 49.  
ff. de ædil. act. c. 1. n. 5. vel si spectra domui emtæ ita sint  
infesta, ut emtori ius frui non liceat, spectris enim non  
modo domus sed etiam integras regiones desertas red-  
ditas fuisse, ostendit Gothofred. in not. ad l. 27. §. 1. ff. locat.  
De aliis similibus idem est judicium.

§. XVII. De rebus simplariis quæstio est, utrum ea- De rebus sim-  
plariorum intuitu actio redhibitoria quoque locum inveniat? plariis.  
simplariae autem res sunt, quæ neque laudem,  
neque vituperationem habent, id est, res imi-  
nimi pretii, in quibus proinde venditor non necesse ha-  
beat, emtori de dupla re promittere. Florentina edi-  
tio legitima: *simplarias*, Haloander vero *singulares*, v.  
Gothofred. ad l. 48. §. ult. ff. de ædil. edict. Quæstionem  
antea de illis rebus propositam negat Pomponius in l.  
48. §. ult. ff. de ædil. edict. *simpliarum*, inquit, venditio-  
num causa ne sit redhibitio, in usus est, v. Cujacius lib. 16.  
obs. 20. Frantzkius ad tit. ff. de ædil. edict. n. 35. Petr. Gre-  
gor.

gor. Tholosan. *Syntagma jur.* lib. 25. c. 21. n. 7. Mascard. de probat. concl. 616. num. 11. Verum recte observat Brunnenmannius ad d. l. 48. §. ult. hoc cum grano salis accipendum esse, si scilicet aliquis rei vilioris sit usus, secus ergo se rem habere, si nullus sit usus, ut carnis leprosa. Nam licet pro rebus minimis etiam minimum solvatur pretium; alt tamen & hoc casu inter illas res illudque pretium proportio intercedere debet, quia & hic emitor usum rei emtæ intendit atque donandi animum neutriquam habuit, v. omnino Bachovius ad *Treut.* Vol. 2. *Disp.* 2. tb. 2.

In Saxonia nonnullisque aliis locis certa equorum vitia solum in redhibitione attenduntur.

§. XIIIX. Recensuimus haec tenus vitia equorum & aliarum rerum, inanimatarum & animatarum, mobilium & immobilium, generatim secundum jus commune; videamus nunc de juribus specialibus, præcipue in materia de redhibitione equorum. In *Saxonia* equi ob tria vitia solum redhibentur, si nempe equus (1) sit retrogradus, stetigi (2) caecus, *Starblind* & (3) scabiosus, *Haarschlechtig* *Weichbild* art. 97. *Carpz. P. 2. c. 34. D. 17.* quibus glofsa ad d. art. 97. (4) addit, si equus si pituitosus, rosig! quod tamen cum hac limitatione intelligendum, nisi vendor alia etiam vitia sciverit, & fraudulenter ea celaverit, Richter *decis. 95. m. 30.* *Struv. ad ff. Ex 27. tb. 5.* Norimberga tria vitia redhibitionem parunt, wann das Pferd rosig/ rendig/ und Haarschlechtig/ v. locum ex Reformatione Norimbergensi supra §. IX. adductum. Juxta reformationem civitatis *Francofurtensis* part. 2. tit. 9. §. 4. quatuor sunt vitia, quæ sufficiunt ad rescissionem venditionis equi, (1) geraubt/ oder gestohlen / (2) Haarschlechtig/ (3) stetigi/ (4) Hauptfiech/ als Mohnaugig/ oder rosig. *Vratislavie*, prout à persona fide digna & juriūm priorum perita nobis relatum, ita observatur, das-  
bez.

1760.

( 21 )

bey Verkauffung eines Pferdes der Verkäuffer die Landgewebe præstiren und dafür vier Wochen stehen muß / daß nemlich das Pferd (1) nicht gestohlen sey / (2) nicht herzschlägig / (3) nicht Starblind / und (4) nicht rohig sey / probiert wird / so durch den Haber-Bogt und Cammer-Reuter geschiehet / so ist vor dem Schweidnizischen Thor ein gewisses Ziel / wohin es in vollem Lauff geritten und dadurch dieses virium erforschet wird. Interdum ita quoque, daß das Pferd im Marstall oder auch außer demselben auff der Gasse / oder vorm Schweidnizischen Thore einige Mahle auff und nieder geritten und dadurch die Herzschlägigkeit probiert wird.

§. XIX. Ita in provinciis & civitatibus memoratis  
observatur hodie ; nolim tamen exinde cum Schiltero  
in prax. jur. Rom. exerc. 34. §. 15. afferere, ac si rigor aediti  
generatim usu fori Germanici vix observetur.  
Certe enim in aliis provinciis & civitatibus, ubi aliud in  
specie non constitutum , jure communi standum erit,  
quod in hac præsertim materia ab æquitate & justitia se  
quam maxime commendat, v. supra §. 11. Ita jure Lub  
icensi generaliter statutum deprehenditur l. 3. tit. 6. art. 14.  
Werden verkaufste Ochsen/ Schweine/ Hammel/ und and  
er Vieh/ ungesund befunden/ die muß der Verkäuffer wies  
der zu sich nehmen. Hat er darum Wissenschaft gehabt/  
und also vorsehlichen ungesund Viehe verkauft/ soll er des  
renwegen vor der Wette gestraffet werden. Imo ex DD.  
Saxonicas ipsis nemo , quantum memini, rigorem aediti  
generatim intuitu aliorum animalium cessare unquam  
asseruit, vel afferere ausus fuit, sed potius contrarium  
statuunt plerique, si non omnes. Certe Carpzovius P. 2.  
C. 34. Def. 15. illud expeditum esse dicit, quod venditor  
pecoris, sive animalis, quod postea mactatum & dis  
Exinde tamen  
regula univers  
alis constituti  
nequit,

C 3

fe-



fectum reperitur morbidum ac vitiosum, ita, ut ejus caro sine periculo comedи nequeat, pretium exigere non possit, quin & solutum emtori restituere teneatur, si vitium, aut morbum sciverit, Math. Coler. p. 2. decis. 228. n. 2. imo idem juris esse, si morbus aut vitium venditori fuerit incognitum, atque ita Scabinos Lipsienses pronunciaſſe addit. Deinde in Def. 17. demum exceptionem subjungit, quod in foro Saxonico venditor *intuitu renditionis eorum* de certis solummodo vitiis teneatur, quae in §. preced. recensuimus, exceptio itaque firmat regulam in casibus non exceptis. Porro etiam non possumus subscribere Schiltero, quando cit exerc. 34. §. 17. afferit, jus vetus Teutonicum admittere differentiam inter venditorem *scientem & ignorantem*, ita, ut contra illum quidem actio competit, non vero contra hunc modo ignorantiam jurejurando firmare possit. Nam quando Rex Rotharis dicit, *prabeat sacramentum singulus -- & amplius non calumnietur*; hoc explicari non debet, *non calumnietur*, id est, *absolvatur, à calunnia, sive actione* in genere, ut vult Schilterus, sed hic sensus est, quod absolvvi debeat jurans à calunnia, ex qua alias actio ad *omne interesse* profluit, neutquam vero exinde sequitur, quod nec ad repetitionem pretii emtori actio competit. Alter locus, quem refert, ex Luitprandi Regis constitutione Schilterus, ipsi adhuc minus proficit. Primo enim Luitprandus expressè de casu *donationis* loquitur; ast vero in legibus etiam Romanis tali casu donator ignorans non tenetur, prout supra §. V. ostendimus. Deinde ex hoc loco egregie confirmatur explicatio nostra, quam paulo ante adduximus, scilicet, per præstationem jurisjurandi libera-ri venditorem ab actione, ad *omne interesse* tendente solum,

1762.

§ ) 23 ( §

solum, non vero ab actione mere rei persecutoria.  
ita enim Luitprandus: *tunc aliam talem rem, qualis donavit, qualis in illa die invenitur esse, reddat, cui donavit, & amplius non calumnietur, id est, ut ipse interpretatur Schilterus, ad plus non conveniatur, condemnetur. Quod si ergo ne quidem in donatione donator praestito licet jure jurando ab actione rei persecutoria liberatus est, multo minus in negotiis onerosis liberatus erit.*

§. XX. Quæritur hic, quid juris sit, si emtor qui-  
dem redhibitionem urgeat, sed tamen res redhibenda  
facto ejus post celebratum contractum in aliam spe-  
ciem commutata fuerit? Carpzovius *P.3. decif. 222. red-*  
*hibitioni locum esse negat, ex ratione, quia in iudicio*  
*redhibitorio res ipsa accepta est reddenda, non reddi au-*  
*tem dicit rem, cuius forma est immutata, veluti si ex*  
*habitatione factum fuerit braxatorium, ein Wohn-Haus*  
*in ein Brau-Haus mutaret. E contrario rem adhuc red-*  
*hiberi posse adstruit Schilterus in prax. jur. Rom. Exercit.*  
34. 13. distinguens tamen inter mutationem *forme sub-*  
*stantialis & accidentalis. Priori casu convenit ipsi cum*  
Carpzovio, quia mutata forma prope interimitur sub-  
stantia rei, veluti si ex scypho massa facta, *i. Julianus. 9.*  
§. 5. ff. *ad exhibend. forma namque scyphi substantialis,*  
quæ arte facta est, interiit, *conflata in massam. Pari-*  
ter ædium forma, si in struem redigatur, mutat sub-  
stantiam ædium. *Posteriori autem casu, ad quem per-*  
tinet casus ille à Carpzovio adductus, secus esse existi-  
mat Schilterus, quoniam ædificium braxatorium for-  
mam & substantiam ædificii retinet, et si commoditas  
habitandi accidentalis mutata sit. Igitur res perman-  
dit & domus redhiberi potest, cui sententiæ Schilteri no-  
strum quoque adjicimus calculum. Ast, inquit

te-



*aut deteriorata,*

res tamen deterior reddita est; respondet Ulpianus in l. 23 pr. ff. de adil. edict. redhibitioni nihilominus locum esse, & præstare emtorem venditori, quanto deterior res reddita, arbitrio judicis, quo refert casum, si mancipium sive animo, sive corpore, deterius ab emtore factum est, utputa, si stupratum sit, aut saevitia emtoris fugitivum esse cœperit. Detrahit ergo venditor tantum de pretio, quanto rem deteriori rem esse appetat. Ita quoque res ab emtore post contractum celebratum pignori obligata redhiberi potest, emtor tamen pignus redimere, & rem à pignoris nexu liberare obstringitur, v. Ibovem. 43 §. 8. ff. d.t. Schilter d.l.

*aut oppignorata?*

*De pluribus  
rebus vendi-  
tis.*

§. XXI. Accidit interdum, ut plures res, v.g. plures equi aliaque animalia, conjunctim vendantur, post celebratum contractum vero non omnes quidem res, sed tamen una alterave ex illarum numero vitiosa deprehendatur, ubi quæstio est, an ob singularum rerum vitia ad omnium etiam non vitiosarum redhibitionem agi possit, utrum vero res illa singularis solum sit redhibenda? Distinguendum hic est primo, utrum in *univer-*  
*fas* res, an in *singulas* pretium constituantur, ut scilicet interdum una, interdum plures venditiones contractæ intelligantur. *Priori* casu locus erit redhibitioni omnium rerum, quoniam una est earum venditio; *posteriori*, regulariter res illa singularis solum redhiberi debebit, quæ morbo vitiōe est affecta. Dico *regulariter*, quia plures sunt venditiones; interim tamen & hic exceptio quædam est observanda, quia interdum, etsi in singula capita pretium constitutum sit, nihilominus una emtio est, ut propter unius vitium omnes redhiberi possint, vel debeant. Pertinet hue, si quis v.g. servos comedos, vel etiam quadrigas, vel mulas pares emit, utneu-  
tro

1764.

• (25.) •

tro non nisi omnes habere expediat, simulque manifestum sit, non nisi omnes quem emturus fuisse, v. l. 34. 35.  
§ 36. ff. de ædil. edit. ex quibus explicanda l. 38. §. 14. eod. quale exemplum quoque est, si quis 20. jugera agri emeret, quorum nonnulla sunt sterilia, alia fertilia, & qui- dem omnia, velfingula eodem pretio, tunc enim præsumitur, quod unum sine alio, sterile sine fertili non fuisset emturus, v. Tiraquel de retract. consangu. §. 23. gl. 2. n. 23. § 24. Caballin. de ædil. act. c. 2. n. 50. Decius conf. 421. n. 4. Cæpoll. in l. 34. ff. de ædil. edit. n. 10. circ. med. vers. aut ille res simul. Berlich. p. 1. Decif. 77. n. 3. seqq. Brunnemann. ad d. l. 34. ff. de ædil. edit. Rövestrunck. medit. ædilit. l. 1C. 4. n. 40. seqq. Behamb. von Rostäuscher Recht. tit. 3. cas. 51. seqq. Jure Romano intuitu venditorum mancipiorum adhuc aliis casus erat, si pretium quidem in singula capita constitutum, separatio tamen mancipiorum *ad offensam pietatis rationem tendebat*. Quid enim, inquit Ulpianus in l. 35. ff. de ædil. edit. si filio retento parentes redhibere maluerint, vel contra: quod addit, & in fratribus, & in personis contubernio sibi conjunctis observari oportet.

§. XXII. Diximus haec tenus, redhibitioni locum esse, ob morbos aliave rerum vitia; subjungendum nunc erit, quod redhibitoria actio ex eo etiam capite instituti possit, si vendor certas qualitates de re vendita affirmavit, deinde vero apparet, venditorem eas falsa affirmasse. Ita redhibetur eqvus indomitus pro obsequioso venditus: Imperitus aut ineptus pro docto, das zum Ritt abgerichtet / fertig und Baumrecht: vel pro militari, Krieges-Ross/ aut vectuario, Rutschen/Wagen/oder Karren Pferd: aut pro venatorio, Jagt-Ross/ aut itinerario, reisigt Pferd: equites enim ac milites feroce, animos, veloces, forma & corpore elegantes: agricolæ

D

au-

Redhibitioni  
locus etiam  
est, si quis cer-  
tas qualitates  
de re vendita  
affirmavit,  
tamen non adfuit.



autem tractabiles, corpore vasto ad laborem vecturamque idoneos querunt, v. Heresbach *de reruſt.lib.3.* Item, si venditur fœcunda, aut ventrem gestans equa, ein belassen Mutter-Pferd / quæ tamen sterilis, vel non prægnans: impotens pro admissario: laboriosus, aut vigilax, qui deinde piger, tardus & somniculoſus invenit; promissa tamen non amare, aut in summo gradu ab equo, ut dies noctesque continuo, aut ultra vires boni equi laboret, sed ex æquo & bono secundum communem opinionem & modice non rigorose sunt desideranda, prout habetur in *l.18. pr. ff. de ædil. edit.* Ita, si vendor servum venditum cocum esse simpliciter dixit, aut peculiatum, satisfacere videtur, etiamsi mediocrem cocum præstet, aut, si servus vel minimum habeat peculium: si vero optimum cocum esse dixit, optimum etiam in eo artificio præstare debet, *d.l.18. §. 1. & 2. l.19 §. 4. d.t.* Ex eodem capite redhibetur fundus, quem vendor a servitibus liberum esse dixit, aut servitutes ei deberi affirmavit. Interim tamen & hic observandum, quod redhibitioni solum locus sit, si res propter deficientem qualitatem a venditore affirmata nullam plane utilitatem emtori præstet, alias enim quanti minoris actio datur, *d.l.18. pr. ff. de ædil. edit.*

De commendatione,

§. XXIII. Probe vero hic separari debet certa ac specialis promissio de qualitate aliqua præstanta, & generalis commendatio, sive jactatio, qua de re in *l.19. pr. ff. de ædil. edit.* ita disponitur: *scendum est, quædam, et si dixerit, præstare eum (venditorem) non debere, scilicet ea, quæ ad nudam laudem servi pertinent, veluti si dixerit, fructus, probum, dicto audientem; ut enim Pedijs scribit, multum interest, commendandi servi causa quid dixerit, an vero præstaturum se promiserit, quod dixit.* Non enim præsumitur emtor, ita credulus, ut huic fidat com-

men-

1766.

• ( 27 ) •

mendationi, Hilliger. lib. 13. c. 3. lit. B. Cujac. ad l. 43. ff. de contrah. emt. & commendatur res in eum saltem finem, ut citius, non vero, ut pluris vendatur, juxta tritum illud: laudat venales, qui vult extrudere merces, Brunnem. ad l. 19. ff. de ædil. edict. num. 3. Aliud itaque obtinet, si equus intuitu commendationis pluris venditus, aut in specie quid dictum fuerit, quod vim promissionis obtinet, v.g. si dixit vendor, servum esse literatum, vel artificem, qui tamen rudis, l. en que. 43. ff. de contrah. emt. non esse aleatorum, surem non esse, ad statuam nunquam configuisse, quod deinde aliter apparet, l. 19. §. 1. ff. de ædil. edict. e-  
qvum esse gradarium, einen Zelter / aut veredum einen Klöppfer / qui tamen non talis, vel successor sit, unsanft gehend / oder hart trabend / Donellus comment. jur. lib. 13. c. 3. Röyestrunck. meditat. ædilit. l. 1. c. 5. n. 63. & 64. Deinde etiam ille casus excipi debet, si emtor nimum fuit credulus, qui prævia vendoris commendatione merces bonas esse, persvasus, eas pluris emit & sic damnum incurrit, hic enim vendor de dolo tenetur, ad minimum in foro conscientiae, quia alias cum alterius à se decepti damno locupletaretur, de quo pluribus B. Brüniemann. in Comm. ad l. 19. ff. de ædil. edict. n. 4.

§. XXIV. Justa quoque juxta Pomponium causa <sup>De virtio re-</sup> est, ut quod in venditione accessorum esse dictum est, <sup>rum accessori-</sup> tam integrum præstetur, quam illud præstari debuit, <sup>rum.</sup> qvod principaliter venit, l. proinde. 33. ff. de ædil. edict. Distinguunt tamen Ulpianus in cit. l. sequentem in modum. Aut scilicet dictum fuit, certum corpus accessorum esse, v. g. dolia fundo, aut vero aliquam universitatem, v.g. peculium, &c. Priori casu vendor vitia rei accessoriarum præstat, non vero posteriori, nisi aliter inter partes conventum fuerit. Hinc, si servus cum peculio veniret, ea mancipia, quæ in peculio sunt, sana esse vendor

D 2

præ-



præstare non debet, quia non dixit, certum corpus accessorum, & qvemadmodum certam peculii quantitatem præstare non debet, v.l. 18. §. 2. ff. de ædil. edit. ita nec hoc, d.l. 33. ff. cod. Eadem ratio est, si fundus cum instrumento venierit, & in instrumento mancipia vitiosa sint, d.l. 33. v. Struv. S. J. C. Ex. 27. th. 3. Frantz. ad ff. de ædil. edit. num. 33. seq. aut, si fundus cum omnibus instrumentis rusticis vendatur, nec enim tunc singulorum instrumentorum integritas præstanta est, Brunn. ad. l. 32. ff. d.t.

**§. XXV.** Quæritur hic etiam, utrum ornamenti simul cum equis venditis sint præstanta, & si non præstantur, annon propterea ipsius equi redhibitioni locus sit? & respondetur affirmando, quoniam Ædiles in edito suo de ornamenti restituendis, jumentisve ornamentorum nomine redhibendis in specie edicunt, l. 38. prff. de ædil. edit. Ut vero redhibitoria actio ex hoc capite locum inveniat, tria potissimum requiruntur, (1) ut non forte biduo ante venditionem, sed in ipsa venditione ornatus, aut ideo, cum venale esset, sic ornatus inspectus fuerit, v.g. phaleris, armis, sella, fræno & similibus mit Sattel und Gezeng/ oder kostlich behangen/ unde aliud est, si equus, vel jumentum ornatum itineris causa ducitur, deinde venit, d.l. 38. §. 11. ff. de ædil. ed. (2) requiritur, ut accessiones istas vendor ex postfacto detraxerit, vel male præstiterit, & (3) è re emtoris non sit, illis non traditis equum, vel jumentum retinere, v. Caballin. de ædil. act. c. 2. n. 39. Rövestrunck, medit. ædil. l. 1. c. 6. n. 13. § 14. Behamb vom Rosstauscher-Recht/ tit. 5. cas. 68. § 69. ubirationem addit, weisen in Ansehung dieser Ausstaffierung das Pferd um höhern Werthe eingehandelt worden/ dahero kein Zweifel/ daß diesem Contract regulariter alles und iedes anhängig/ was zur Zeit der Einhandlung sich an dem Pferde befndet/ dasen der Lande gebrauch/ oder die gesplogene Abre-

1768.

( 29 )

Abrede nicht das Widerspiel ausweiset. Interim si plura jumenta venierint, non omnia propter unius ornámen-  
tum non præstatum redhibenda esse, dicitur in d.l.38.  
§.12 ff. de ædil. edict.

§. XXVI. Ceterum redhibitio, rerum aliter locum  
non habet, quam si vitium, aut morbus tempore cele-  
brati contractus jam adfuerit, posteriores (id est, su-  
pervenientes) casus enim non venditoris, sed emtoris  
periculum expectant, uti habetur in l.3.C. de ædil. act. un-  
de si apud priorem dominum fugisse mancipium non  
doceatur, fuga post venditionem superveniens, ad da-  
mnum emtoris pertinet, nisi aliud pacto in se recepe-  
rit venditor, d.l.3. C. de ædil. act. l.54. ff. de ædil. edict. l. 25.  
pr. l.58. §. 2. ff. cod. Quoniam itaque in actione redhibito-  
ria emtor actoris vices sustinet, hinc etiam necessitas  
probandi ipsi incumbit, rem venditam tempore em-  
tionis venditionis jamdum vitiosam & corruptam fuisse,  
v. Mev. ad ius Lubec. l.3. tit. 6. art. 14. n. 3. Rövestrunck.  
medit. ædil. l.3. c. 7. n. 21. qui refert casum, quod cum semen  
cæparum fuisse venditum, habita fide de pretio in  
diem solvendo, veniente autem die & debitore excipi-  
ente, semen vitiosum fuisse, quod terræ conditum non  
germinasset, ideo nec premium recte a se peti; lite per vi-  
am appellationis, adjudicium superius devoluta Scabi-  
nos Lipsienses pronunciaſſe, emtori probationem fun-  
damenti exceptionis sua cumcubere. Pro actore enim  
erat præsumtio, quoniam res quælibet regulariter bo-  
na præsumitur, donec probetur contrarium, emtor  
ergo, qui excipiendo actor fit, exceptionem probare ob-  
stringitur, v. l.19 pr. ff. de probat. Ita dicenti, equum vendi-  
tum mortuum ex herba venenosa, vel propter medi-  
camenta mala (scil. quæ apud venditorem ante contra-  
ctum initum jam acciperat,) hoc probandum esse statuit

D 3

Ma-

Emtor proba-  
re debet, viti-  
um tempore  
celebrati con-  
tractus jam  
adfuerit.

Mascard. de Probat. Conclus. 633. n. 6. Tuschus Pract. Conclus. tom. 3 verb. equus.

Quomodo  
hoc probe-  
tur?

§. XXVII. Modus probandi vero non est ejusdem generis, nam & artificialis & inartificialis probatio locum habere potest. Inartificialis, v. g. per testes, quibus res vendita ante venditionem cognita jam fuit, quique vitium contraetatum præcessisse norunt. Quæritur hic, si servus rebus ablatis fugit, mox vero inventus præsentibus honestis viris interrogatus, an in domo vendoris jam fugisset, respondit fugisse, quæritur, inquam, an standum sit responsus servi? Servi responsus non simpliciter credendum esse respondit Paulus, nisi alia etiam indicia prioris fugæ ad sint, l. 58. § 2. ff. de edilit. edict. cuius rationem esse existimo, quoniam servus de propria malitia deponit; interim tamen, si servus sub tormentis interrogatus asserrit, se jam ante fugisse, ipsius quæstioni, sive responsioni sub quæstione datæ fidem adhibendam esse dicitur in l. 7. ff. de probat. Alias probatio desumi communiter solet ex judicio peritorum in arte, inspectione intestinorum, &c. Alexand. lib. 2. consil. 148. Hippol. de Marsili. in l. statu liber. n. 15. ff. de stat. lib. Alciat. de presumt. reg. 2. pres. 26. inf. 5. reg. 3. pres. 19. Mevius ad jus Lubec. l. 3. tit. 6. art. 14. n. 5. Probatio artificialis exinde desumitur, si emtor in continent, aut brevi post emtionem morbum sentit, ex brevitate enim temporis à præsenti in præteritum fit præsumtio. Wesenbec. Consil. 113. n. 29. Everhard à Middelbach top. legal. loc. 90. a tempore n. 19. quando scilicet equus decedit ex causa occulta, quæ est in visceribus & intellinis, nec apparet aliquo modo liquor exterior manifestæ suspicionis, Mascard. de probat. vol. 2. concl. 633. n. 7. & 8. quæ est præsumtio juris & liquida probatio, donec appareat de contrario, & ven.

1770.

31

venditore contrarium non probante, redhibitoria actio locum habet, v. Everhard. loc. à verosimili. n. n. 18. 19. Sichard ad Cod. de edit. act. n. 7. Mevius loc. cit. Rövestrunk. medit. adil. d. l. 1. c. 7. n. 24. seqq. Carpzov. p. 2. c. 34. def. 18. Breve autem tempus quodnam sit, arbitrio judicis quidem est relinquendum, communiter tamen in continentia, sive intra breve tempus animal mortuum esse dicitur, si intra triduum obiit, gloss. ad l. 1. C. de emend. servor. Bonacossa tract. de equo quest. 84. Mascard. deprobat. vol. 2. concl. 633. n. 7. Rövestrunk loc. cit. n. 28. & 29. Ad hoc probandi genus artificiale etiam pertinet, si probetur, animal apud emtorem comedere, aut bibere noluisse, hoc enim indicium præcedentis morbi est, Baldus vol. 5. consil. 499. vers. nam qui non. Mevius ad jus Lubec. d. l. 3. tit. 6. art. 14. n. 6.

§. XXIX. In nonnullis tamen locis & aliquibus casibus certus isque longior terminus statutus deprehenditur, intra quem virtia post contractum apparen- Aliquando certas termi-  
tia à venditore præstari debeat. Reformatio Nori- nus statutus, intra quem  
ca ita disponit: Würden dann Schweine/ oder andere der- vicium appa-  
gleichen Thiere die der Schau bedürffen/verkauft/ die sol- rens præstari  
len durch die Schau dem Käuffer gefertigt werden/und die debeat,  
Wehrschafft vierzehn Tage bestehen/ v. supra §. IX. Uratis-  
laviæ tempus est 4. septimanarum in venditionibus  
equorum, prout supra §. XXIX. retulimus. In concluso Se-  
natus Francofurtensis ad Mcenum, quod adducit Schilter  
prax. jur. Rom. exerc. 34. §. 15. lit. a. & quod A. 1626. d. 30. Mart.  
factum, ita habetur: Wolte dem Käuffer bedüncken/ daß das  
Pferd mit einem Wandel beladen / so soll er solches dem Ver-  
käuffer/da er noch beyhandē/oder da er verreiset/seinem Wirth  
bey dem er damahls zur Herberg gelegen/ solches, verkünden/  
fürters an seinen Gast förderl. gelangen zu lassen/ darauf das  
Pferd in eine offene Herberg ziehen/ und daselbst vier Wo-  
hen

hen stehen lassen/ und dem Wirth dasselbig befehlen/ er aber  
und auch der Verkäuffer mitlerzeit dabey nicht kommen/ son-  
dern die vier Verordnete/ so darüber beeidiget seyn/ welche  
so oft sie es von nothen achtet/ darüber gehen und das Pferd  
mit Fleiß besichtigen sollen. So dann nach Verschiffung vier  
Wochen und eines tages dieselbe vier Meister bey ihren ge-  
thanten Eyden das Pferd des gelagten Mangels rein er-  
kennen/ so muß der Käufer das Pferd behalten/ und die  
Atzung/ auch von Meistern für ihre Besichtigung in allen 2.  
fl. und 10. Cr. bezahlen. Besindet sich aber das Pferd nicht  
rein/ so muß es der Verkäufer wieder nehmen/ die Atzung  
und andere gemeldete Unkosten bezahlen. Würde aber der  
Käufer vier Wochen verschiffen lassen/ ehe dann er des Pferds  
halben Mängel klage/ ob sich gleich deren einer hernach be-  
fände/ so soll doch der Verkäufer das Pferd wieder zu neh-  
men nicht schuldig seyn. Alias etiam moribus circa oves  
earumque morbum opilionum regula esse solet, ut pri-  
usquam oves moriantur putredine, an der Fäule/admi-  
nimum tempus 14. aut 15. septimanarum requiratur,  
juxta quem calculum, si oves sexta auf septima hebdo-  
made putredine moriantur post venditionem, vendi-  
dor ex ædilitio edicto tenebitur, Dn. Joh. Sam. Stryk.  
*Disp. de jure cratium c. i. num. 74.*

*S. XXIX. Non vero semper in judicio animalia  
vitiosa redhibentur, sed etiam extra judicium redhibi-  
tor animal ab  
tio fieri potest, si nempe utraque pars bonam fidem a-  
emtore redu-  
ctum incipi-  
ens illud in  
causa redhibi-  
tionis esse, fa-  
reatur?*

*Uerum vendi-  
tor animal ab  
tio fieri potest, si nempe utraque pars bonam fidem a-  
emtore redu-  
ctum incipi-  
ens illud in  
causa redhibi-  
tionis esse, fa-  
reatur?*

*gnoscat, & per consequens à contractu antea inito mu-  
tua voluntate discedant contrahentes, distractus enim  
iisdem regulis continetur, quibus contractus, Gail. 2.  
obs. 2. n. 5. Quod si ergo iterque voluntatem suam ma-  
nifeste declaraverit, præsertim venditor, res est expe-  
dita. Verum si talis manifesta declaratio non adsit, res  
du-*

1772.

(33)

dubia erit interpretationis eo casu, si emtor animal, quod morbosum esse afferit, ad venditorem reducit & venditor illud recipit. DD. tamen adhibita sequenti distinctione dubitationem tollere nituntur, neque ut credimus, sine fundamento. Scilicet, si emtor equum quem dicit morbosum, non proprio reducat ad venditorem, qui causa à magistratu nondum cognita recipere equum oblatum detrectet, emtor autem ad januam venditoris ligatum deferat, quem venditor peritum, vagabundum nocitum, aut tempestate læsum iri metuens, tandem hospitio excipiat, queritur, an eo ipso redhibitionem agnoverit, suoque juri præjudicaverit? Si quidem recipiens eqvum, hunc commode emtori remittere, aut ad judicem ducere non potuit, & recipiendo coram testibus protestatus sit, salvo suo jure eqvum, ne pereat, aut in periculum incidat, & non alio fine se recipere, hoc nomine securus erit, Caballin, de ædil. a. c. 2. n. 55. protestatio enim regulariter ius protestantis conservat, Faber in Cod. l. 7. tit. 7. Def. 30. in alleg. n. 2. Wesenbec. Consil. 103. n. 37. & conf. 200. n. 36. Coler. decij. 289. Damhouder. præf. civil. c. 121. n. 14. & 15. Rövestrunck. meditat. ædilit. l. 1. c. 7. n. 7. seqq. Si vero venditor equum simpliciter recipiat, morbum agnoscisse censem, & adeo sibi præjudicat, ut non amplius queratur, utrum equus redhiberi potuerit, annon; nec an intra tempora definita redditus sit, quo pertinet. I. quod si. 31. §. 27. ff. de ædil. edict.

§. XXX. Petitum libelli in actione redhibitoria eo dirigitur, ut venditor rem venditam recipiat, & pretium acceptum restituat; redhibere enim est, facere, ut rur- Quid petatur  
in actione redhibitoria,  
& quinam e-  
id fiebat, idcirco redhibito est appellata, quasi redditio, jus actionis ef-  
l. 21. pr. ff. de ædil. edict. & facta redhibitione omnia in in- fectus,

E

te



tegrum restituuntur, perinde, ac si neque emtio, neque venditio intercessisset, l. 60. ff. cod. Formulam libelli habet Behamb vom Noßtäuscher Recht tit. 3. Fluit ex dicta regula, quod emtor reddere debeat ipsam rem emtam, si nondum ex morbo vitiove periit: omnes accessiones, sive ornamenta, quibus equus in ipsa venditione ornatus a traditus fuit, v. l. 23. §. 1. ff. d. t. item, si quid ad emtorem pervenit, vel culpa ejus non pervenit, nonsolum si ipse fructus percepit, mercedesve a servo vel conductore servi; sed etiam si a venditore idcirco fuerit consecutus, quod tardius ei hominem tradidit, item, si hereditas vel legatum servo obvenerit; neque refert, potuerit haec consequi vendor, an non potuerit, si servum non vendidisset, ponamus enim, talem esse (venditorem) qui capere aliquid ex testamento non potuerat, nihil haec res nocabit, d. l. 23. §. 9. damna etiam culpa levi data resarcire debet, d. l. 23. v. supra §. XX. non mirum vero est, ab emtore restitui fructus & timilia, quoniam in ejus voluntatem facultas rescindendi confertur, sicut in addictione, in diem, & lege commissoria, Cagnol. in l. 2. C. de pac. int. ent. n. 7. Pinell. ad l. 2. C. de rescind. vend. p. 2. c. 4. n. 3. Frantz. ad tit. ff. de adil. edit. n. 102. sq. quo pertinet etiam, si ob rapinam rei emtæ accepisset quadruplum, Mevius ad jus Lubec. l. 3. tit. 6. art. 14. n. 11. Brunneman. Comm. ad ad l. 21. ff. de adil. edit. E contrario vendor emtori restituit gabellam, quam forsitan ex statuto, vel moribus pro contractu, vel ratione rei solvit emtor, principaliter vero ipsum pretium acceptum, Mevius loc. cit. Brunnem loc. aleg. cum usuris, quia hic idem obtinet, ut in addictione in diem, Brun. d. l. n. 2. & ad l. 6. ff. de in diem addic. n. 3. item symposium mediatorum / Weinlauff: Donarium famulis collatum, Halspter-Geld/ item arrham, Gotts- Heller/ modo haec non ex mera liberalitate motu proprio

1774

(35)

prio absque conventione soluta: item, si quid pro equo  
vectigalis nomine ejusve necessaria cura, velin judi-  
cium rei emtæ nomine susceptum, aut institutum im-  
pendit, nec non damnum refaciendum, quod emtor  
amplius ex re emta accepit, de quibus late Rövestrunck.

*d.l.1.cap.9.n.43.seqq.* Et hoc vult Julianus, quando ait,  
judicium redhibitoriae actionis utrumque, id est vendi-  
torem & entorem, quodammodo in integrum restitu-  
tuere debere, *l.23.§.7. ff. de ædil. edict.* Sed quid *de expen-*  
*sis pabuli & potus?* eas non teneri restituere venditorem  
emtori, vult Mevius *loc. cit. n. 11.* si morbus interim la-  
boribus ac ministerio impedimento non fuit, *v. l.30. §.*  
*1. ff. de ædil. edict.* Hoc adhuc notandum, quod emtor  
instituens actionem redhibitoriam jurare teneatur, se  
non fuisse emturum, si vitium scivisset, Brunnen. *ad*  
*d.l.21. ff. de ædil. edict. n.5.*

§. XXXI. Cum actio redhibitoria rem persequa-  
tur, nullum dubium est, quin heredibus detur & con-  
tra heredes *l.23. §.5.l.31. §.5. ff. de ædil. edict.* Sed quid si  
plures sint heredes emtoris, quorum aliqui ad redhi-  
bendum, aliqui vero quanti minoris agere velint, quæ-  
ritur, an diversis hisce actionibus intuitu unius ejus-  
demque contractus locus sit? quod negatur. Si plures  
heredes sint emtoris, omnes, ut ait Pomponius, ad red-  
hibendum consentire, unumque procuratorem dare  
debent, ne forte vendor injuriam patiatur, dum ab a-  
lio partem recipit hominis, alii in partem pretii conde-  
mnatur, quanti minoris is homo sit, *l.31. §.5. ff. d.t. Cabal-*  
*lin. de ædil. art. c.2.n.47.* Utrique itaq; actioni simul locum  
non esse, modo vidimus. Verum nunc ulterius quæ-  
ritur, cujusnam heredis intentio prævaleat, si dissentiant  
aut, altero ad redhibendum, altero quanti minoris a-

*Actio redhibi-  
atoria datur  
heredibus &  
contra here-  
des.*

E. 2

gere



gere volente? Distinguunt Dd. utrum animal vitiosum adhuc vivat, an vero jamdum mortuum fuerit: *priori* casu altero invito redhibitoria agere non potest, quia vendor contra voluntatem suam in communionem detruderetur per partis animalis redhibitionem, cui tamen communioni invitum se committere non cogitur: *posteriori* autem casu unus ad redhibendum, alter vero quanti minoris agere omnino potest, quia tunc de pretio ipso jure diviso agitur, Caballin. *de adil. ad d. c. 2.n.47.* Rövelstrunck. *medit. adil. l. 1. c. 7. n. 58.* Pertinet huc *l. 31. §. 6. ff. de adil. edit.* ubi dicitur, homine mortuo vel etiam redhibito, singulos pro suis portionibus recte agere, pretium autem & accessiones pro parte recipere: sed & fructus accessionis, & si quo deterius homo factus est, pro parte praestari ab ipsis. Contra heredes vendoris singulos pro portione hereditatis agitur, *l. 31. §. 10. ff. d. t.* Sed cur non eadem fuit ratio in pluribus heredibus vendoris, ut non possit res redhiberi, nisi omnibus? nam singulos emtoris heredes redhibere non posse pauci ante diximus. Ratio differentiae inter heredes vendoris & emtoris haec est: Emotor, qui rem restituere debet, tenetur ad individuum, hoc est, rem præstandam, ideo actio non dividitur inter ejus heredes: vendor vero tenetur ad individuum, hoc est, ad pretium, ideo dividitur inter ejus heredes, & sic actio potest interdum dividua esse ex parte rei, individua vero ex parte actoris, Gothofred. *in not. add. l. 31. §. 10.*

*S*i plures con-  
junctim unam  
rem vendide-  
rint,

§. XXXII. Quæritur hic etiam de eo casu, si plures conjunctim unam rem vendiderint, ea que deinde redhibenda sit, utrum emotor omnes vendidores convenire teneatur, an vero contra unum ex illis actionem instituisse sufficiat? Paulus in *l. 44. §. 1. ff. de adil. edit.* ad

1776.

37

ad hanc quæstionem respondet, ædilitias actiones competere etiam in unum ex his, qui vendiderunt, eum scilicet, cuius maxima pars invenditione fuit, imo & illum, qui non minorem partem reliquis habet, id est, contra singulos in solidum, quorum æquales partes in venditione fuerint, alias contra illum, qui majorem habuit partem. Sub jungit Paulus huic responso duas rationes, Prima est, ne cogeretur emtor cum multis litigare, sive, ut in alia materia dicitur in l. 2. ff. de exercit. act. ne in multos distingatur adversarios, hoc enim maximam parit actori difficultatem. Altera ratio in d. l. 44. §. 1. hæc est, quia plerumque venalitarii ita societatem coeunt, ut quidquid agunt, in commune videantur agere, & quia hoc genus hominum ad lucrum potius, vel turpiter faciendum pronius est, & suspecti venalitarii fraudis & collusionis ad invicem, pro communi lucro vel cum damno alieno agendi. Reus ergo in solidum conventus, hoc, quod solvit, sociis imputare poterit pro eorum partibus, v. Frantz. *ad tit. ff. de edil. edict. n. 96.* Caballinus *de edil. act. c. 2. n. 44.* & *de divid. & individ. p. 2. n. 238. & p. 3. n. 243.* Brunnemann in *Com. add. l. 44. §. 1. ff. de edil. edict. n. 2. seqq.* confer de venalitiariorum fraudibus etiam *l. 37. ff. de edil. edict.*

§. XXXIII. Actio redhibitoria regulariter corn- Quo tempore petit intra sex menses, & elapsi hoc semestri spatio ex- actioni redhi- spirat. Hinc Imp. Gordianus in *l. 2. C. de edil. act. cum bitoriae præ- scribatur?* proponas, inquit servum, quem pridem comparasti, post an- ni tempus fugisse: quoniam nomine cum venditore ejus- dem congregari queras, non possum animadvertere. Etenim redhibitoriam actionem sex mensium temporibus concludi, manifesti juris est. Dicuntur vero illi sex menses utiles in *l. 19. §. 6. ff. de edil. edict.* & *l. 55. ff. cod. nihilo minus tamen in d. l. 19. §. 6.* habetur etiam, quod ex die venditionis cur- rant,

rant, aut, si dictum promissumve quid est, ex eo, ex quo dictum promissumve quid est, ergo & continuum erit tempus hujus præscriptionis & simul quoque utile. Imo est utrumque, diverso tamen respectu. Scilicet continuu[m] estratione initii, quia statim à tempore contractus initi, non vero adeptæ scientiæ morbi, aut vitii, currere incipit: utile vero ratione *cursus*, quoniam illi tantum dies computantur, quibus judicem adire fas est, d. l. 55. ibi: quibus experiundi potestas fuit. v. Dn. Præses innot. ad Lauterb. de adil. edict. verb. ratione cursus, Bachov. ad Trentl. Vol. 2. disp. 2. th. 3. lit. b. Sed annon illud tempus semestre hodie quadruplicandum erit? Ita videtur propter l. ult. C. de temp. in integr. restit., in qua Imperator difficilem illam dies juridicos computandi rationem tollere voluit, substituendo in genere tempus quadruplicatum, quod quare in præsenti casu non sit admittendum, ratio obstans nulla adest, Dn. Præses de act. forens. investig. sçt. 3. membr. 3. axiom. 2. n. 13. Ceterum, si actio redhibitoria propter ornamenta jumentis venditis detracta instituitur v. supra §. XXV. intra 60. dies, five duos menses eadem institui debet, l. 38. pr. ff. de adil. edict.

Dō actione in factum,

**S. XXXIV.** Quod si res vitiosa emta ab emtore jam redhibita, vel restituta sit venditori, hic autem vicisim emtori pretium non reddiderit, tunc emtor *actione in factum* experiri poterit, ad pretii restitucionem, in qua actione non hoc queritur, an mancipium in causa redhibitionis fuerit, sed hoc tantum, an sit redhibitum; iniquum est enim, posteaquam venditor agnoscit, recipiendo mancipium, esse id in causa redhibitionis, tunc queri, utrum, debuerit redhiberi, an non debuerit: nec de tempore quereretur, an intra tempora

1778.

( 39 )

redhibitus esse videatur, sunt verba Ulpiani in l. 31. §. 17.  
ff. de *adil. edict.* Caballin. de *adil. act. c. ult. n. 1.*  
Treutler. *Disp. vol. 2. disp. 2. tb. 4.* Hanc actionem in  
factum non minus temporalem esse, quam reliquas æ-  
dilitias, existimat idem Treutlerus *loc. alleg. verum recti-*  
*us statuere videtur Bachovius ad Treutl. d. disp. 2. tb.*  
4. *lit. b.* quod ea perpetua sit, scilicet usque ad trigin-  
ta annos; quoniam cum post rem restitutam pretium  
solutum illa persequatur, quod ab est emtori, absurdum  
& iniquum sit, hanc actionem sex mensibus concludi,  
& ita emtorem pretio & re carere, nam sufficit, quod hic  
expressè terminus certus non deprehendatur sta-  
tutus, quo deficiente ad jus ordinarium recurretur.  
Urget etiam hoc Bachovius, & optime quidem, quod  
licet concedatur Treutlero, dictam actionem in factum  
esse ædilitiam; nihilominus tamen ex jure constet, ho-  
norarias, sive prætorias quoque actiones, quæ neque  
penales sunt, neque contractum juris civilis rescindunt,  
perpetuas esse, l. in honorariis. 35. ff. de O. & A.v. Frantz. k.  
*adff. de adil. edict. n. 10.* Dn. Præses de *act. invest. sect. 1.*  
*membr. 6. §. 18.* Accedit, quod in casu hactenus proposi-  
to etiam condic̄tio sine causa emtori competere possit,  
quæ sine dubio perpetua est, Bachov. *loc. cit.*

§. XXXV. Ceterum & venditori aliquando red-  
hibitoriam actionem dari, nonnulli existimant, v. Dn. *Redhibitoria;*  
Præses *cit. tract. sect. 1. membr. 6. §. 18.* hoc scilicet casu, si *an detur ven-*  
res redhibita sit ab emtore extra judicium & pretium  
à venditore restitutum, postea vero illa resculpa emto-  
ris deteriorata deprehendatur, ad id, ut emtor ejus da-  
mni nomine satisfaciat, si forsitan sponte satisfacere recu-  
fat. Verum recte jam monuit Dn. Præses *loc. cit.* illan-  
actionem non esse redhibitoriam, sed venditi, l. 23. in f.  
*ff. de*

*ff. de aedil. act.* Evidem in l. 31. §. 19. ff. eod. dicitur, *restitui autem debet per hanc actionem etiam quod ei servo in venditione accessit*, atque in his verbis *actio redhibitoria venditori tribui videtur*; verum duæ suppetunt responsiones. Nam (1) verba: *per hanc actionem*, ut contextus ostendit, magis explicanda sunt *ad obtainendam ab emtore actionem redhibitoriam*, ut sensus sit, si emtor vult agere *actionem redhibitoria*, illud etiam restituere debet venditori, quod servo isti in venditione accessit, antea enim redhibitoria *actio ipsi non competit* per d. l. 31. §. 18. Deinde (2) in cit. 31. §. 17. 18. & 19. plane non agitur de *actione redhibitoria*, sed de *actione in factum ad premium recuperandum*, si res vendita redhibita fuerit. Probatur hoc exinde, quia d. §. 17. ita incipit: *in factum actio competit ad premium recuperandum, si mancipium redhibitum fuerit*, &c. deinde §. 18. illud plane *hec actio exigit, ut sit redhibitus*, &c. & tandem §. 19. *restitui autem debet per hanc actionem* &c. atque adeo omnes tres §§. de uno eodemque casu loquuntur, de qua *actione in factum nos diximus* §. preced. v. omnino Dn. Praeses cit. tract. §. XIX.

Redhibito ob  
non præsti-  
tam cau-  
tionem.

§. XXXVI. Locuti sumus in superioribus de eo casu, si res emta redhibetur ob vitium, vel etiam ob defectum qualitatis illius, quam venditor ab initio de vendita affirmavit: sequitur nunc alia redhibitionis causa *ob cautionem à venditore non præstatam*. Quod si enim emtores hoc desiderabant, emtores stipulari tenebantur, in re vendita nihil vitii inesse, veluti servum fugitivum, aut erronem non esse, nec infamatæ aliqui nationis, v. Strauch. *Diff. aedil. prior. c. 2. §. 1.* Si hoc venditores facere recusabant, *actio aedilitia contra eos* competebat, de qua ita in l. 28. *ff. de aedil. edit.* si venditor de

1780.

( 41 )

de his, quæ editio AEdilium continentur, non caveat, pollicetur adversus eum ad redhibendum judicium intra duos menses, vel quanti emtoris inter sit, id est, si ad redhibendum agere nolit, intra sex menses, v. Frantzkius ad tit. ff. de ædil. edit. n. 77 seqq. Brunnenm. ad l. 28. ff. de ædil. edit. n. 1. Stipulatio illa, quia AEdilium editio constituta erat, inde ædilitia dicta fuit, l. s. pr. ff. de V. O. nec non prætoria, l. 1. §. 1. ff. de prætor. Stipul. quia AEdiles partem jurisdictionis prætoriae exercuerunt. Præstabatur regulariter nuda repromissione, v. Strauch. d. c. 2. §. 1. inf.

§. XXXVII. Datur etiam redhibitoria actio ex pacto displacentie. Si prædium quis, inquit Impp. Dio-  
pletianus & Maximianus in l. 4. C. de ædil. act. sub ea lege displacentie.  
comparavit, ut si displicerit, in eum sit: id ute potè sub  
conditione venditum resolvi & redhibitoriam actionem  
adversus venditorem competere, palam est. Habet ve-  
ro hoc pactum vel præfinitum, à contrahentibus tem-  
pus, vel non. Priori casu pactum dat legem contractui,  
& tanto tempore valebit redhibitio, quantum in con-  
tractu determinatum, etiamsi conventum, quod in per-  
petuum redhibitio permitta esse debeat, per l. 31. §. 22. ff.  
de ædil. edit. quod tamen Dn. Præses in tract. de act. for.  
invest. sect. 1. membr. 6. §. 19. ad perpetuitatem illam, quæ,  
injure actionibus adscribitur, scilicet triginta annorum  
per l. 3. C. de prescript. 30. ann. restringendum esse existi-  
mat, conf. Caballin, de ædil. act. c. 2. n. 34. seq. Cavarruv.  
var. resol. lib. 1. c. 9. Posteriori autem casu, si de certo tem-  
pore in specie nihil convenit, actio ad redhibendum in-  
tra 60. dies utiles emtori accommodatur, d. l. 31. §. 22. ul-  
tra non, quia iniquum foret, perpetuo suspensum teneri

F

ri



ri venditorem, Bachov. ad Treutl. vol. 2. Disp. 2. th. 2. lit. C.  
 quod tamen non ita accipiendū, ac si emtor intra dictos  
 dies actionem in judicio præcise instituere obstrictus  
 sit, sed sufficit, eundem displicantiam suam intra illud  
 tempus contestatum esse, quo ipso redhibitioni locus  
 factus est, & deinde contra venditorem, qui sponte rem  
 venditam recipere recusat, quandocunque ad redhiben-  
 dum agi potest, Menoch. de arbitr. jud. qæst. 1. i. quest. 22. n.  
 13. Caballin. loc. cit. n. 35. Roman. singul. 705. & 769. Si-  
 chard ad tit. C. de ædil. act. num. 7. Rövenstrunck me-  
 dit. ædil. l. 1. c. 8. n. 11. usque ad num. 20. Interdum tamen ju-  
 dicium adhuc dabitur, quamvis tempus sexaginta die-  
 rum jamdum præterierit, non vero aliter, nisi causa co-  
 gnita, d. l. 31. §. 22. ff. de ædil. edit. in qua causæ cognitio-  
 ne eo respicitur, utrum justum impedimentum inter-  
 cesserit, ob quod displicantiam suam contestari antea  
 non valuerit emtor, v.g. si ex iusta causa absens fuerit,  
 aut mora facta per venditorem, aut non fuit præsens,  
 cui res emta redderetur, &c. d. l. 31. §. 23. Rövestrunck.  
 loc. cit. n. 21. Dn. Præsens de act. invest. sect. 1. membr. 6. §.  
 19.

Vicia nonnulla,  
 ob quæ 2-  
 actio quanti  
 minoris insti-  
 tui potest.

§. XXXIX. Diximus supra de vitiis, ob quæ res  
 venditæ redhibentur: nunc nonnulla etiam recensēbi-  
 mus, quæ ad redhibitionem quidem non sufficiunt,  
 quanti minoris tamen actio propter eadem institui pot-  
 est. Huc pertinet, si equus est pavidus, qui scilicet va-  
 nos pontium, aquarum, ventorum, bombardarum &  
 similiū rerum forte occurrentium strepitus, vel aspe-  
 ctus horret, l. 4. §. 3. ff. de ædil. edit. schen/ qui fugaci op-  
 ponitur: item, si lingvam abscessam habet, aut lingvam ex-  
 ore projicit, der die Zunge schießen läßt/ aures demittit, weit-  
 oder Schulohrig/ uti enim animos leonum frons & cau-  
 da

1782.

(43)

da indicant: ita motus equini ex auribus intelliguntur, Philipp. Camerar. 2. meditat. hist. 91. quamvis vero aures in propatulo sint, atque adeo videbatur, hoc vitium inter patentia referri debere; cohiberi tamen aures à venditore frēno posse, ut dictum vitium emtori non statim in sensu incurrat, testatur Rövestrunck d. tr. I. I. c. 5. n. 28. Simile vitium est, si equus subinde inter vorandum præsepe mordet, Krippen-Weisser / quos mores pravos & dominis molestos alii etiam huic equo conjuncti imitantur, refente eodem d. l. n. 28. item, Glass-Augen habend. & Feibelfsichtig/ ut qui facile in ejusdem morbi periculum in futurum rursus incidunt, teste Joh. Colero lib. 10. de econom. c. 45.

§. XXXIX. Alia vitia plura adhuc recenset Rö-  
vestrunk. loc. cit. ut, si equus est tenax, Hartmäulig; fræ-  
ni impatiens, modo ejus ætati, dotibus ac indoli apta frœ-  
ni species sit adhibita, der den Zaum / oder Haifster ab-  
streicht: qui lupat, mordicus tenens fugit, unheilig/der das  
Mundstück/ oder Gebiese mit den Zähnen fassend und vor die  
Brust schénd ausreißt: caput sursum jactans, der den Kopf  
außzückt/ und obwerts schnapft: gibbosus / Krummuß-  
dig: Der eine Hufst verloren: sefforem afferto more præ-  
cise recipere nolens, der nicht außzitzen läßt: transversis  
saltibus excutiens jacentemve offendens, der den Reuter aus  
dem Sattel schlägt/ und verleht: Der sich leicht hoch außspaltet  
und überwirfft: cursus aut labore nimio exanimatus, auff  
die Beine geritten / oder abgetrieben: verberibus, aut  
calcaribus induratus, Schlägefaul / oder verhauen: unge-  
rad/ oder steiff: qui aquam ingressus procumbit, der sich ins  
Wasser legt: der sich/ ohne wenn er auff den Rücken gelegt/  
oder sonst/ nicht beschlagen läßt: Verrückt/ oder verdähnet:  
Der den Mastdarm austreift: Scheiß- oder Schaalgehend/ oder

Alia ejusdem  
generis.

F 2

oder Schwengelhäsig: *Spasticus*, Krampfhaft / oder des Krampfs pflichtig: *Streubüsig*: Morb- oder Bruchhäsig: Hornklippt habend: Beinwachs / oder Scheifelbein: Naspen: Oberhust / oder Überbein: *cæpitator*, anstösig / ut, qui sibi & sessori sære exitiosus, identidem molestus: vollhäsig / oder vollfüsig / qui si lapidem impingat, facile soleam pedis lædit: *Spriven*: Der einen Fuß erbältt: Schwamm - Wehnen: Der eine grüne Ferse hat: Der nicht wendig ist: Der sich getreten: Der die Zeer angezogen: Der infelt / oder in die Eisen schlägt: Der nicht Stallreunig ist: Der des Krimmens / oder Bauchbisses pflichtig. *Spado* etiam, seu equus castratus, eis Walacke/Münch o- der Rauhe/ quamvis animo & corpore sanus habeatur, nisi castratione imbecillior factus fuerit; nihilominus tamen, si à sciente ignorant, qui alias tanto pretio non erat emturus, venditus, aut permutatus, minoris est, v.  
l. 6. §. 2. l. 7. l. 38. §. 7 ff. de adit. edit.

*Adhuc alia.*

§. XL. Exemplum hoc pertinens etiam habetur in l. 21. §. 2. ff. de act. emt. ubi Paulus emtionem quidem esse dicit, si in corpore consentiamus, de qualitate autem dissentiamus; ast tamen venditorem teneri debere subjicit, quanti interest, eum non esse deceptum: imo licet vendor quoque nesciat, veluti *si mensas quasi citreas emat, que non sunt*. Erant siquidem mensae citreae veteribus in magno pretio, de quibus plura Gothofred. in not. ad cit. l. 21. §. 2. adfert, unde emtor, si mensas tales non esse scivisset, eas forte nihilominus quidem emisset, sed non tanto pretio. Aliud exemplum est in l. 61 ff. de adit. edit. quando post celebrati contractum servitus in fundo apparet, quæ usum fundi non in totum, vel ex majori parte impedit, sed quodammodo saltem minuit, tunc enim juxta cit. l. 61. si de servitute agitur, vietus tantum debet præstare, quanti minoris emisset emtor, si scisset, han

1787.

( 45 )

hanc servitutem impositam. Neque hoc ad eum solummodo casum restringi debet, quando fundus ut optimus maximus venditus, prout existimant Duarenus *ad l. 38. §. si forte. ff. de V.O.* & Donellus *de evict. c. 6.* omnino enim vendor servitutes sibi cognitas bona fide indicare emtori tenetur, quamvis expresse non dixerit, fundum optimum maximum esse, quia alias ex iniquo suo facto commodum sentiret vendor, cum non exiguo emtoris detrimento, v. Cujac. *ad d. l. 38. ff. de V.O.* Frantz *ad tit. de act. ent. c. 7. n. 129.* & *ad tit. de adil. edict. num. 129. scq.* Brunnenm. *ad l. quicquies. 6. ff. de adil. edict.*

§. XLI. Actio, qua ob ejusmodi vitia experitur emtor, dicitur quanti minoris, vel quanto minoris, *l. 18. pr. ff. de adil. edict.* nec non aestimatoria, sive judicium aestimatorium, *d. l. 18. pr. l. 44. §. 2. ff. cod.* Hæc actio in aliis convenient cum redhibitoria, in aliquibus vero differt. Convenient in eo, quod utraque actio sit honoraria sive praetoria, v. §. 7. *J. de J. N. G. & C. Strauch. Diff. adil. prior. c. 3. th. 7.* utraque personalis *l. 23. §. 4. ff. de adil. edict. junct. §. 1. vers. nam agit unusquisque J. de act. utraque directa, hoc est, verbis & sententia Adilium introducta, l. 28. l. 38. pr. ff. d. t.* utraque actio competit ex duplice causa, scilicet ex reticentia, si vendor morbum vitiumve rei venditæ, quod tempore contractus celebrati latebat, quodque ignorabat emtor, non indicaverit, *l. 1. §. 1. l. 38. pr. ff. cod.* & deinde ex hoc capite, si quid dictum promissumve, abesse aliquid, quod non abest, vel adesse, quod tamen abest, Strauch. *Diff. adil. poster. c. 1. §§. 5. & 8.* utraque datur heredibus & contra heredes: & de quibus rebus datur redhibitoria, de iisdem etiam actio quanto minoris; differentia enim ratione diversitatis viatorum solummodo se exerit, de qua mox dicemus:

F 3

ul-

Actio quanti  
minoris sive  
aestimatoria  
in nonnullis  
cum redhibi-  
toria conve-  
nit,

Ultimo utraque actio ratione finis convenit, quia Aediles has actiones invenerunt, ut occurratur fallaciis vendentium, & emtoribus succurratur, l. i. §. 2. ff. de adil. c. dict. Plura adhuc habet Strauch, cit. diff. post. c. i.

Rursus ab ea-  
dem etiam  
differt.

§. XLII. Differt vero actio quanti minoris ab acti-  
one redhibitoria, prout paulo ante jam dictum, ratione  
diversitatis vitiorum. Scilicet redhibitoria supponit e-  
jusmodi vitium, quod omnem rei usum impedit, & sic  
emtor, si vitium scivisset, rem plane emturus non fuisset,  
v. supra §. XI. aestimatoria vero, sive quanti minoris,  
datur ob vitium, quod non impedit quidem omnem rei  
usum, adeoque emtor rem nihilominus emisset, quam-  
vis vitium vendor ipse indicasset, ast vero non emisset,  
eodem pretio, sed minori, v. l. 61. ff. de adil. edict. Zcel. ad  
d. tir. ff. n. 11. & 15. puta, si 40. quidem thaleros valeret e-  
quis, nisi morbosus esset, propter morbum vero 20.  
faltei thal. vel minoris aestimarerur, unde per hanc  
actionem emtor id, quod plus dedit supra 20 Joachimi-  
cos, repetit, v. l. 13. §. 1. ff. de Act. emt. Strauch. Diff. adil. post.  
r. 2. §. 2. Scheplitz ad prompt. jur. Clammeri tit. 14. §. 10 n. 7.  
Quanti vero quodlibet vitium aestimandum, illud in du-  
bio iterum peritorum (der Pferde erfahrner Leuthe / als  
Bereiter/ Stallmeister/ Reuter/ Fahnen- oder Hufschmiede/  
Roh-Aerzte/ Pferdehandler/ Haushaltungs-Verstän-  
digen/ &c.) judicio committendum, qui ex qualitate e-  
qui alteriusve rei, vitii, conventionis legibus, consuetu-  
dine loci, aliisque circumstantiis arbitrantur; circum-  
stantiae enim ut rerum pretia augent, vel minuant, &  
loca temporaque illarum rerum varietatem adferunt,  
ita & vitia extenuant, vel adgravant, & prout sunt in-  
commoda rei inhærentia, ita eorum nomine dissimili-  
ter vendor obligatur, Donell. 13. comment. jur. 3. Rö-  
ve-

1786.

) 47 (

vestrunck medit. adil. l. 2. c. 2. n. 5. 6. & 7. Interesse aliquod in hac actione regulariter non consideratur, si vendor morbum, aut defectum ignoravit, Caballin. de adil. act. c. 3. n. 7. Mynsing cent. 1. obs. 56. n. 8. si vero sciens emtorem decepit, ad omne interesse & resarcienda damna obligatus est, v.g. si vendito jumento, vel pecore morboſo, alia inde pecora contagione perierint & multum interſit emtoris, rem morboſam, aut vitioſam venditam non fuifſe, Donell. loc. cit. Röveſtrunck d.l. 2. c. 2. n. 4.

§. XLIII. Ex modo dictis simul alia differentia inter actionem redhibitoriam & quanti minoris profluſit. Redhibitoria ſcilicet venditionem in totum reſcindit, reddita re vendita & pretio recepto, rebusque omnibus in priftinum ſtatum reſtitutis, ac ſi nunquam venditio inter contrahentes celebrata fuifſet, de quo ſupra §. XXX. prolixe egimus; aſt vero actio æſtimatoria, quanti minoris, iſpum præcedentem contractum, non reſcindit, emtor enim actionem iſtituens rem nihilominus retinet, & hoc ſolummodo petit, ut res ad æquilitatem redigatur, id eſt, ut vendor tantum de accepto pretio reſtituat, quo minus res valuit, cum veniret. Sichard. ad rubr. Cod. de adil. act. n. 9. Cujacius in parat. ff. tit. de adilit. edict. Strauch. Diff. adil. poſt c. 2. §. 4.

§. XLIV. Redhibitoria, quia contractum reſcindit, Ea ſepius agi ſemel ſolum agi potest, quanti minoris vero ex diversis potest, cauſis ſepius agere permittitur. Sic v.g. emtor ab initio unum ſaltem vitium in re emta deprehendit, propter ea actionem quanti minoris iſtituit vitiique praestationem obtinuit: paulo poſtautem adhuc aliud vitium ſeſe prodiſt, queritur, annon denuo agere licitum ſit? Respondet Ulpianus in l. 31. §. 16. ff. de adil. edict. fi quis ege-

Actio quanti  
minoris non  
reſcindit con-  
tractum.

egerit quanto minoris propter servi fugam, deinde agat propter morbum, quanti fieri condemnatio debeat? & quidem saepius agi posse, dubium non est. At, dicis, plures ejusdem facti & obligationis non conceduntur actiones, v. l. plur. 53. pr. ff. de obl. & act. respondetur non agi hic ex eadem causa, sive obligatione, sed potius ex nova atque diversa, adeoque quemadmodum exceptio rei judicatae non obstat, si in nova actione nova pretendi causa adsit, ita quoque hoc nostro casu iteratae actioni quanti minoris non obest, quodjam antea ex illo capite actum fuerit. Instas, emtorem tamen damni reparationem per priorem actionem jamdum obtinuisse; fateor, hanc reparationem eundem ex parte obtinuisse, nego autem quod in totum obtinuerit. Quo plura enim postea semper emergunt vitia, eo minor quoque inter rem emtiam & pretium solutum reperitur proportio, unde propter singula vitia tamdiu aliquid restituendum de accepto pretio, donec negotium ad æqualitatem redigatur. Dico: *propter singula vitia*. Ita enim condemnandus venditor, ut prioris ratione habita ejusdem rei, vel vitii, æstimationem bis non consequatur emtor, & ita iniquum lucrum non faciat, d. l. 31. §. 16. ff. de adil. edit. Tuitius etiam facit de vitio aliquo acturus si de alio, quod forte adhuc sit appariturum, jus a gendi per protestationem interpositam sibi reservet, v. l. 48. §. 7. ff. d. t. Strauch. *Diff. adil. post. c. 2. §. 3.* Röve strunck d. l. 2. c. 2. n. 11. seqq.

Interdum ea  
instituta to-  
tus contractus  
rescinditur.

§. XLV. Diximus antea, quod instituta actione quanti minoris integer contractus non rescindatur, sed eo salvo ad partem pretii accepti restituendam solummodo agatur. Hoc ita regulariter obtinet. Interdum tamen, etiam, si actione quanti minoris actum & pretii

1783.

( 49 )

pretii pars ob vitium primitus apparet restituta fuerit,  
adhuc redhibitio fieri poterit, si postea aliud vitium ap-  
pareat, ob quod res emta plane inutilis redditur, v.g. si  
servus venditus, qui postea deprehenditur lunaticus, vel  
furiosus, Dn. Præses de act. for. invest. sect. 1. membr. 6. §.  
14. Et hoc vult Paulus quando in l. 43. §. 6. ff. de edit. edict.  
ita loquitur: *Aliquando etiam redhiberi mancipium debebit,*  
*licet estimatoria, id est, quanto minoris, agamus: nam si*  
*ad eo nullius sit pretii, ut ne expeditat quidem tale mancipium*  
*domino habere, veluti, si furiosum aut lunaticum sit, licet*  
*estimatoria actum fuerit, officio tamen judicis continebitur,*  
*ut redditio mancipio pretium recipiatur.* Quamvis enim,  
si quis actionem quanti minoris elegerit, ad redhiben-  
dum alias agere nequeat; hoc tamen adeum solummo-  
do casum pertinet, si quis *sciens* rem penitus inutilem  
esse, nihilominus quanti minoris egerit, tunc enim iuri  
suo renunciassè censetur. Nos vero supponimus ca-  
sum, ubi emtor ejusmodi vitium redhibitioni causam  
præbens ab initio penitus ignoravit, de quo certe, quod  
jure suo uti noluerit, dici non potest.

§. XLVI. Est & differentia inter redhibitoriam & De tempore  
actionem quanti minoris intuitu præscriptionis. Red-  
hibitoriam sex mensibus expirare, supra diximus §.  
XXXIII. tempus autem actioni quanti minoris præfini-  
tum est annus utilis, quo anno elapsò editi ædilitii be-  
neficium quoque dilabitur ac præscribitur l. sciendum 19.  
§. ult. l. 38. princ. ff. de edit. edit. l. 2. C. de edit. act. Dici-  
tum autem annus utilis, ubi solum dies juridici compu-  
tantur, conf. supra §. XXXIII. quibus scilicet apud judi-  
cium experiundi potestas est. Cum autem computatio  
 anni utilis non sine controversia esset, placuit Imp. Ju-  
stiniano, annum utilem penitus à Republica separare,  
G &

& ejus loco substituere quadriennium continuum, in quo  
dies fasti & nefasti numerantur, & qui annus ab eo tem-  
pore computandus, a quo annus utilis alias incipiebat, l.  
fin. C. de temp. in int. restit. Dn. Præses de act. invest. Sect. 3.

An venditori  
eretur actio  
quanti pluris?

Axiom. 2.

**S. XLVII.** Quæritur hic, an sicut emtori datur actio  
quanti minoris, ita etiam venditori actio quanti pluris  
competat? Cum vero Dn. Præses in cit. tract. scđ. i. membr.  
6. §. 6. quæstione in hanc jam plene pertractaverit; hinc e-  
jusdē verbis nos in præsenti etiam illam explicabimus.  
Si venditor, inquit, rem viliori pretio vendiderit, existi-  
mant aliqui, ipsum experiri posse actione quanti pluris,  
suggerente hoc æquitate, ad imitationem actionis quan-  
ti minoris, emtori læso concessæ. Verum, addit, non  
promiscue hæc actio indulgenda venditori, utpote  
contra quem præsumitur, quod pretium rerum sua-  
rum non ignoraverit. Unde, si ultra dimidium, læ-  
sus non sit ab emtore, ipsi regulariter non succurritur,  
cum suæ facilitati imputare debeat, quod sit deceptus.  
Posset vero tandem contingere casus, ubi justissi-  
ma ignorantia pretii in venditore concurrit, & res talis  
est, cuius æstimationem tantum peritissimus artifex nof-  
fe poterat, e.g. in gemma pretiosa, vel, ubi emtoris dolus,  
aut callida persuasio efficit, ut viliori pretio res distra-  
cta, qui delus, ne emtori lucro & venditori damno cedat,  
Actionem quanti pluris vendidisset venditor, si emtoris  
dolosa persuasio non accessisset, hic concedunt. Ve-  
rum, concludit, cum hoc actionis nomen in jure pro-  
ditum non sit, actio venditi hic sufficiet, cum notum sit,  
quod dolus, in contractu b. f. incidens, actione ex con-  
tractu purgetur: quod si vero venditor per dolum ad  
vendendum adductus sit, contractum plane nullum di-  
tere poterit, per l. si dolo. s. C. de rescind. vend. reciproca  
enim

1790.

✿ ( 51 ) ✿

enim præstatio in hoc contractu bilateralis esse debet, si-  
cut & *I. eleganter. 7. pr. ff. de dol. mal.* expresse de vendi-  
tore loquitur. Conveniunt cum hisce, quæ habet Strau-  
chius *Diss. edit. post. c. 2. §. 5.* Quid vero, inquit, si post  
venditionem superveniat notitia alicujus servitutis,  
quæ rei venditæ debetur, ob quam majoris pretii fiat,  
utrum augendum erit pretium, quanto pluris emtor  
emisset (vel venditor vendidisset) sicut diminuendum  
est, re minus valente? Ita post Cagnol. *l. 2. n. 172. C. de*  
*refind. vendit.* statuit Gratian. *discept. forens. c. 361. n. 8. §*  
*9.* quem allegat & sequitur Antonellus *de temp. legal. l. 2.*  
*c. 31. in f.* Cui non assentimur, inquit Strauchius. Nulla  
enim actio est quanto pluris: & Ædiles emtori frauda-  
to, non venditori succurrere voluerunt.

§. XLIX. Quemadmodum supra §. *XXXVI.* di- Quanti mi-  
ctum, quod actioni redhibitoriae locus sit, si venditor de- noris etiam  
fideratam ab emtore cautionem non præstiterit: ita ob non præsti-  
quoque ex eodem capite actio quanti minoris, sive æsti- tam cautio-  
matoria datur, *l. si venditor. 28. ff. de adil. edit.* concurrunt nem agitur.  
vero tali casu duæ illæ actiones elective, ita, ut in arbitrio emtoris positum sit, utrum actione redhibitoria ad resolvendum plane contractum, an vero æstimatoria eo fine agere velit, ut contraetus ad æqualitatem redi- gatur, *d. l. 28.* nam si redhibitoria emtori indulgetur, quæ ad majus quid tendit, sine dubio etiam actio quanti minoris ipsi denegari non poterit, quæ minus involvit. Ratione præscriptionis tamen hic observandum, quod hoc casu & redhibitoria intra duos, quanti minoris actio autem intra sex menses expiret, prout iterum clare decisum in *d. l. 28. v.* Mascard. *de probat. Vol. 2. concl.* 615. Joh. Carol. Antonell. *de tempor. legal. l. 2. c. 31. in f.* Strauch. *Diss. edit. poster. c. 2. §. 5.*

G 2

§. XLIX.



Oblevissima  
vitia nulla da-  
tur actio.

§. XLIX. Hoc tandem addendum erit, quod quia haec tenus de ejusmodi vitiis semper locuti sumus, quæ vel omnem usum in totum intuitu actionis redhibitoriae: vel quadrantenus tamen & ex parte intuitu actionis quanti minoris intercipiunt; hinc nulla plane emtori competit actio, si levissima sint sanitatis vitia, veluti si vulnusculum modicum ante venditionem ephippio impressum sit, geschwellet / oder gedrucht / & consimilia, Wrangen/ Strengen/ Mucken/ Hust/ Kropff/ Geckeln/ Zuzcken/ oder Hinscken/ &c. quia talia facile contingere, ac rursum tolli cura possunt, v. l. i. §. proinde. 8 ff. de edict. edit. Recte vero addit Rövestrunck medit. edit. l. 2. c. 1. n. 38. hanc limitationem, nisi inveterata talia equo noceant, aliudve vitium prodant, ut si sella tumorem incusserit, qui saniem conceperit, &c. talia enim sperni, aut contemni facile non possunt.

Actione emti  
quoque ad  
redhibendum  
agi potest.

§. L. Vidi mus haec tenus de utraque actione ædilita redhibitoria & quanti minoris; quæritur nunc, annon etiam *actio emti* propter vitia rerum venalium adversus venditorem institui queat? Affirmanda videtur quæstio, ita enim Ulpianus in l. ii. §. 3. ff. de act. emt. redhibitionem quoque contineri emti judicio & Labeo & Sabinus putant, & nos probamus, & in l. 51. pr. ff. de edil. edit. res tanquam certa & indubitate supponitur, quod eo casu si servus aliquis nomine Domini sui mancipium morbosum, vel vitiosum emit, ejusdē servi ementis dominus, & redhibitoria & ex emto, experiri possit. Hanc tamen emti actionem ante edictum ædilitium ad hoc jam competuisse, asseri nequit, quia alias vix credibile est, Ædiles actiones ædilitias temporales introducturos fuisse, ubi jam perpetua illa ex emto competiisset. Successu temporis ergo ex interpretatione prudentum ef-

1792

(53)

effectum, ut postquam Aediles antea speciali actione emtori ob rerum venalium vitia consulere voluerant, actio emti dejnde ad casum redhibitionis extensa fuerit, ut ea pariter ad redhibendum, vel quanti minoris agi posset, v. Frantz. *ad ff. de edil. edit. n. 99.* Dn. Præses *de act. for. invest. sect. i. membr. 6. §. 16.*

§. LI. Non tamen existimandum est, ac si actio emti & actiones ædilitiae eandem prorsus naturam atque indolem habeant. Differunt enim in multis. Actio <sup>Differunt tamen ea actio ab actionibus ædilitatis.</sup> emti enim ædilitia ad redhibendum ita comparata, ut non tantum simplum, sed & si quis pretium cum suis accessionibus restituere nolit, propter contumaciam duplum peti possit, *l. 45. ff. de edil. edit.* quod idem in actione emti non obtinet. Actio ædilitia ex dicta causa poenalis esse videtur, *l. 23. §. 4 ff. cod. ibique Gothofred.* Actio emti non item. Porro, actio ex edito datur in unum è multis, cuius major pars in venditione fuit, aut certe non minor, v. supra §. XXXII, actio emti vero, tanquam civilis, pluribus sociis vendentibus in singulos datur proportione, qua socii sunt, *l. 44. §. 1. ff. de edil. edit.* Actio ædilitia regulariter non datur ob vitia animi, v. supra §. VI. bene tamen civilis ex emto, *l. 4. pr. ff. d. t. v. Strauch. Diff. edil. post. c. 3. §. 1.* Brunnem *ad l. 44. & 45. ff. de edil. edit.* Wisserbach *ad ff. Disp. 41. tb. 9.* Dn. Præses *d. sect. I. membr. 6. §. 17.*

§. LII. In hoc etiam notabilis latet differentia actionis emti & actionum ædilitiarum, quod hæ sint temporales, prout supra vidimus §. XXXIII. & XLVI, illa vero perpetua, prout actiones ex contractibus provenientes, eaque civiles regulariter sunt. Evidem nonnulli ut Bachov. *ad Treutl. Vol. 2. Disp. 2. tb. 2. lit. C. & Frantz. ad tit. ff. de act. emt. n. 99. in fin.* perpetuitatem actionis emti hoc casu in dubium vocare volunt, actionem ædiliti-

am sub actione emti quidem comprehendendi, sed tamen cum suis qualitatibus, quod scilicet temporalis sit; verum Dn. Præses loc. cit. §. 16. recte tuetur contrariam sententiam, quod nempe actio emti & hoc casu sit perpetua & 30. annorum lapsu demum expiret, quoniam ea nullibi etiam in casu vitiosæ rei venditæ à Jctis ad breviores terminū restricta fuit, unde exceptione deficiente, merito in regula manemus. Quid enim opus fuisset actionem emti ad materiam redhibitionis extendere, si iisdem cancellis cum ædilitia actione circumscribenda, & præcipue in foro parum interesset, cum actionis nomen in libello exprimere necesse non sit, Dn. Præses d. §. 16 a ld. Strauch. *Diss. edil. post. c. 3. §. 1.*

§. LIII. Atque hæc sunt, quæ de vitiis rerum venalium in præsenti adducere libuit: Faxit Deus, ut ubique inter contrahentes regnet bona fides, & unus quisque perpendat, nullam fraudem in Judicio Poli manere impunitam.

Tantum!

**V**Endimus & mercamur: viis commercia florent  
Artibus, has leges vita Magistra docet.  
Vos modo versutas mercantum tollite fraudes,  
Jus quibus atque æquum credidit alma Themis,  
Hoc, Pfeiffere, doces, vitiis venalia purgas,  
Ut reducem videant secula nostra Fidem.  
Oredeat tandem! Tu, vero hoc tramite perge,  
Semper, & hæc memori pectori dicta tene:  
Non auro venalis honor fulvoe metallo;  
Gloria sed duro parta labore venit.

Ita politissimo Dn. Pfeiffero gratulatur  
PRÆSES.

1794.

• (55) •

Nobilissimo atque doctissimo Dn. R ESPONDENTI

S. P. D.

IACOBUS FRIDERICUS LUDOVICI,

P. P.

**I**ta sese res habet; Amice dilecte, ut non solum audiendo doctores atque meditando, sed disputando etiam proficiamus, quam ob causam inter alios Thomas Erasmus disputationes Academicas mirifice extulit, ad inventionem simul & judicium exercendum, ingeniique nervos firmandos, atque ipse, referente Zwingero, nulli unquam disputationi se interfuerit dixit, ex qua non percepisset fructum hanc poenitendum. Negari nequit assertum, si modo disputantes finem amice disputationis, investigationem veritatis scilicet, sepositis affectibus remotisque inutilibus unice intendant. Ast quanti hic non raro deprehenduntur nevi! Sepe ad disputandum proponuntur questiones, que, dicente Seneca, sive contineas istas, nihil tacitam conscientiam juvant: sive proferas, non doctior videberis, sed molestior, v. g. quot fuerint in Herculis clava nodi? utrum pendulum primum in Italiam encas posuerit? utrum chymara plantifica sedens in arbore Porphyriana, comedens genus & species, differentias & qualitates, per intentionem primam & secundam descendens, puncta indivisibilia absorbens, sit a simplici sacerdote absolvenda, vel ad Magistrum hereticarum pravitatis remittenda? quanam sint nomina illorum, qui equo Trojano abditi fuerint; aut sociorum Ulyssis? qualia plura ex Meisnero & Wovero refert Limneus. Aliorum disputationes convitiis atque injuriis scatent: aliorum rur-

sus

3

sus charta ridiculo fastu turgent, nec autores aliter, quam  
in proprias laudes excurrere consueverunt, omnia sibi tribu-  
entes, nulla aliis, nisi qua absurdæ esse existimant. Tua, Ami-  
ce, dissertatio ostendit, te omnes illos superasse scopulos. Utilia,  
imo necessaria, pertractas: a dissentientibus modestè re-  
cedis; autores, qui meditandi occasionem prebuerunt, ubi-  
que allegas, & ut paucis rem efferam, omnia facis, que  
ingenuum juris cultorem decent. Laudo conatus tuos, &  
ex animo precor, ut studia tua ulterius ita prosequaris, quo  
ex ardenti voto Consultissimi Patris Tui, Viri amplissimi mi-  
bique conjunctissimi, quem honoris causa nomino, in divi-  
ni nominis gloriam, Patria etiam, cui de restituta postlimi-  
nio conscientia libertate ex corde gratulor, propriamque Tu-  
am eamque veram felicitatem dergant. Ita res tuas felic-  
eiter age. Dabam ex museo in Academia Fridericiana d.  
HX, Maj. A. O. R. MDCCIX.

---

**N**on semper viridi flos occultatur in herba,  
Sed mox ex floris germine gemma tumet;  
Sic vis ingenii, præclareque indolis ardor  
Protinus erumpit, neve latere potest.  
In Te non aliter prædulcis Amice, videmus,  
Namque tuum ingenium nobile prodit opus.  
Gratulor ergo Tibi mox ample foenore messis  
Compenset studii tadia longa Tui.

hæcce pauca præclare docto Dn. Respon-  
denti apponebat, gratulabundus

C. F. Leyser  
J. U. Cand.





Halle, Diss., 1709 (STRIT.)



Sb.





**Farbkarte #13**



33. 17. 32  
1709 16. 5.  
7

Q. D. B. V.

*DISPUTATIO JURIDICA*  
*DE*  
**VITIIS RERUM  
VENALIUM,**  
*RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
DN. PHILIPPO WILHELMO,  
PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRAN-  
DENB. CETERA.*

*IN ALMA REGIA FRIDERICIANA  
PRÆSIDE*

*DN. SAMUELE STRYKIO, JC<sup>TO</sup>  
POTENTISSIMI REGIS BORUSSIÆ CONSILIARIO  
INTIMO, PROFESSORE PRIMARIO ET FACULTAT.  
JURIDICÆ ORDINARIO*

*Dn. Patrono ac Præceptore omnis honoris  
cultu atatem devenerando.*

*AD D. XIX. Maj. A. O. R. MDCCIX.  
H. L. Q. C.*

*Placido Eruditorum Examini submittit  
CHRISTIANUS FERDINANDUS Pfeiffer/  
Vratisl. Sil.*

---

*HALAE,  
Litteris JOHANNIS GRUNERI, Acad. Typogr.*